


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [1] - -

PUBLIC DOMAIN


Leibn. Marg. 72

Randnoten
von Leibniz

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

vgl. Schurtz, de atheismo
eradicando", Augustae Vindelic.
Cocum 1669, S. 131


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [2] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [3] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [4] - -
PUBLIC DOMAIN

DICE.
tanguntur,
A.C. thes. 4.
lorum isto-
iptam inve-
uli & patriæ
m probè do-
hæc verba
(patriæ no-
arunt, ut vi-
nolint, sed
lorent. Fi-
incta, chari-
pit, humani-
nto zelo ef-
stigride re-
men exter-
, utinam di-
epistolæ Le-
ommentari-
, colopho-
divinæ cle-
volvo.
EBR. ANNO
XVI.

ANTONII REISERI
Augustani,

DE ORIGINE, PROGRESSU ET INCREMENTO ANTITHEISMI,


Seu

ATHEISMI,

EPISTOLARIS
DISSERTATIO,
Ad Clariss. Virum
THEOPHILUM SPIZELIUM, Augustanum.

Augustæ Vindelicorum,
Impensis Gottlieb Gœbelii, Bibliopolæ ibid. M.DC.LXIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [6] - -
PUBLIC DOMAIN

ANTONII REISERI
Augustani
De Origine, Progressu & Incremento

ANTITHEISMI
seu
ATHEISMI,
EPISTOLARIS DISSERTATIO
ad Clariss. Virum
THEOPHILUM SPIZELIUM, Augustanum &c.

SEptennium est, nisi memoriâ fallor, ex quo primùm Tui, Vir Clarissime, Nominis ab Amico quodam facta est in privato Discursu apud me mentio, eaq; non sine multâ commendatione. Gratulatus sum tùm statim Patriæ de tam bono cive, publicæ itidem rei literariæ de tam strenuo Veræ & Seriæ Eruditionis cultore, idque eò impensius, quò arctiorem hodiè eorum inter tot, qui literas tractare dicuntur, videre

B.I.G. Farbkarte #13 Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches Centimetres
cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [7] - 3
PUBLIC DOMAIN

licet nùmerum ; plerisque, neſcio, an Manuductorum fidelium defectu, an propriâ etiàm negligentiâ, ut de aliis nunc non dicam cauſis, ſuperficiariâ tantùm & qualicunq; literarum cognitione contentis, quia imò contentiſſimis, & hinc etiàm contemtiſſimis, maximò cum Seculi hujus probro, cui ab antecedente doctisq; in eo Viris tot ſuppeditata fuerunt ad bonarum Artium felicem culturam adminicula. Et quia ſimul Amicus ille mens, quem poſteà forſitan ex occaſione cum debito Elogii honore nominabo, certiorem me fecit, Te Ingenii bonis mercibus inſtructiſſimi promtitudinem uno jam & altero Specimine Luci publicæ non ſine bonorum adplauſu exhibuiſſe, non prius deſtiti, quám curioſitati meæ nemini, ſpero, diſplicituræ aliquâ ex parte ſatisfacerem. Commodùm accidit, ut alius quidam Amicus tanquam aliquid novi inſpiciendum offerret eruditiſſimum tuum de *Sinenſium re literariâ* Commentarium, ut omnes alios taceam, *Hottingero*, at, quanto in his abſtruſioribus literis Viro! commendatiſſimum. Ego, ne quid tuis dare videar auribus, nihil addo, niſi ſalivam mihi indè motam eſſe, ac deſiderium in majus accenſum, ut ſi quid præterea orbi erudito dediſſes, ne eo diutius carere cogar,

gar, cùm omnis mora in hisce talibus non nisi cum maximo conjuncta esse soleat fastidio. Successit fausto sidere adque meas post sollicitam indagationem manus venit alter ab eruditâ manu tuâ tractatus, Judaicæ gentis antehàc inter Batavos Antecessori, Menasse Ben Israel, Relationem Montezinianam de *repertis in Americâ tribubus Israelitis* novo argumentorum genere suffulcire conanti oppositus, *Buxtorfii*, maximi itidem in hâc literaturâ Viri Encomio ornatus. Multa in eo egregiè & quasi antecedenter monuisti, quæ contra motam non paulò post ex falso rumore de novo Judæorum Rege famam aptissimè potuerunt inservire. Erant hæc tua inter Labores Academicos institutasq; ad colligendum rarioris thesauri commeatum peregrinationes præmeditamenta, quibus orbi erudito prægustum aliquem præbuisti, majorum spem faciens. Neque fefellit bonorum quævis illustria de Te sibi promittentium expectatio. Vix enim Patriæ redditus Deique Supremi omnium actionum nostrarum Moderatoris nutu officio ibidem Ecclesiastico admotus, continere te non potuisti, quin sub initium statim susceptæ Functionis ostenderes, neque antehâc te otio turpi tempus consumsisse, neque in posterum quoq; existimaturum, per ordinarios tantum labores

bores DEO & Conſcientiæ ſatis iri factum niſi cæteræ etiam horulæ ad Boni publici commodum diſpenſentur. Natum eſt indè elegans illud opuſculum, *Conſiderationi corporis glorioſi* deſtinatum, tuoque Collegæ conjunctiſſimo, meo Adfini Honoratiſſimo, loco teſſeræ & pignoris, dedicatum; in quo ſi nihil aliud laude dignum præſtitiſſes, illud utramq; implere paginam potuit ac Lectori devoto te commendare, quod illuſtriſſimum *Hiobi* de Reſurrectione ante Chriſtũ apertiſſime loquentis oraculum, ejusdemq; à *Megalandro* Verſionem, contra *Sixtinum Amama & Voſſium*, celeberrimos alioquin Viros, & qui hiſce addi poteſt, magnum Literatorem *Grotium*, aliosque, felici conatu auſus es defendere, omni laude ob vindicatum inter orthodoxos Heroem dignus. Sicut autem cœpiſti, ita nullum poſthàc Annum ſine aliquo indefeſſa diligentiæ tua documento præterlabi volẽs, labori huic proximè ſubmiſiſti *Scrutinium Atheiſmi Hiſtorico-ætiologicum*, cujus titulum quam primùm ex Indice *Francofortano* cognovi, in eo totus fui, ut ſine omni morâ ejus fierem particeps. Quod dum factum eſt, oculoque primùm curſorio, ut fieri plerumque ſolet, evolvi, incidit, me etiam antehàc apud varios Authores non pauca obſervaſſe, quæ ad hanc rem illuſtrandam inſervi-

servire possent. Meditatus sum ergò aliquod *Spicilegium post messem*, ad exemplum ejus, quod paulo ante Eruditiss. *Arnoldus* ad Beatiss. nunc *Ursini* de Antiquitatibus *Mosaicis* Exercitationes accuratissimas bonâ cum Authoris veniâ dedit & unà edidit. Sed quo minus illud, quod in animo habueram, effectui darem, impedimento fuit imperata tum ob imminens ab Oriente periculum Bibliothecæ distractio, melioris q; ejusdem partis privatio! cui accessit postmodum, vel potius intercessit alius, is q; mihi magis necessarius labor ab Antagonistâ meo, *Christophoro Ottone* impositus, cujus contra Admonitionem meam provocationi Ejus oppositam oblocutionibus omninò occurrendum fuit, ne causam semel bono cum Deo in gratiam S. Aletheæ susceptam silentio deseruisse, causâq; cecidisse Adversario ante victoriam triumphabundo videri possim. Quò autem magis atq; magis tempus fuit protractum, eò minus necessarium judicavi, post tantas id demum colligere moras, cujus post largam Messem à Te ipso novam promittere mihi visus sum Segetem; præprimis cùm post Vindicias *Anti ottonianas* parumq; intercedés spatium alia mea occupaverint tempora, quas nimirum in gratiam D. *Dorschei*, Præceptoris

ris olim meritissimi, contra *Thomistam Lovanienſem* Anno præterito elaboratas proximè Lucem visuras spero. Factum est autem, ut, cum Frater meus unicè dilectus ante hoc octomestre certis de causis me hic visitaret, inter alia secum quoq; ferret tuam de *Vaticiniis quibusdam Angelicis* cum Amico quodam *Argentoratensi* placidam Collationem, à Te mihi cũ amicissimæ simul & elegantissimæ manûs subscriptione trãsmissam! quod munus mihi certè gratissimum non aliter accepi, quam signum amici erga me adfectûs. Id ut certò cognoscerem, simulq; testarer, quam acceptum mihi esset hoc Amicitiæ Symbolum, Epistolam ad Te exaravi, candoris mei & Germanæ simplicitatis testem, tentaturus, num hâc ratione ad mutuum hoc commercium provocari posses, quod maximè hactenus æstimare solitus sum. In eâ dum incidenter tantum *Scrutinii* tui Antitheistici mentio fieret, ex occasione eâ *Spicilegii* quoque mei memor fui, nullâ aliâ de causâ, quam ut hoc etiam modo meum tibi testarer adfectum. Non autem putavi, fore, ut hanc significationem meam ita arriperes, quasi facillimũ mihi esset id præstare, cui tamen rei nunquam adhuc manum admovi; hocque *Spicilegium*, quod in fieri tantum erat,

tan-

tanquam paratum jam à me expeteres, & quidem tantâ contentione, ut omne ſubterfugium præcludere videri volueris, eâ præter alias ratione, quia meam qualem-qualem operam non planè inutilem fore exiſtimaſti, ſi tuæ adjungeretur iteratò continuandæ per novam de *ipsâ Atheorum Converſione* Disquiſitionem, quam Te ſub manibus habere monuiſti. Etſi autem hanc rationem tuam facili operâ eludi poſſe putaverim, amicè reponens, ipſum hoc inſtitutum tuum, me judice, novam omnigenæ Eruditionis in hoc argumento copiâ promittere, ut *Spicilegio* hocce meo, de quo hactenus, carere ſine omni jacturâ poſſis, Tibique ipſi & cuivis erudito Lectori ex proprio ſatisfacere Ingenui tui theſauro; addens, me in Vindiciis *Anti Thomiſticis* adhuc occupatum de alio labore interponendo ſollicitum eſſe nullo modo poſſe, & quæcunque alia à me loco amicæ excuſationis propoſita fuerunt; nihil tamen impetrare licuit, ut hoc qualicunque labore ſublevarer, Te illum in ſequentibus literis pertinacius quàm ante, & longè inſtantius urgente, ut nullum amplius evaſionis locum ſupereſſe viderim. Ne igitur primæ petitioni tuæ deeſſem, conſtantique ejus denegatione ad alias quasvis cogitationes anſam

tibi præberem, victus tandem manus dare coactus fui, meamq; à te desideratam cum non planè nullâ obtestatione operam promittere, in eo solùm mutans mentem, quod ordinem & tractationis methodum attinet. Scripsi, me tuis velle vestigiis insistere, meaq; collectanea juxta seriem tibi observatam ordinare; sed aliter interea visum est. Venit sub id temporis, dum de hâc re cogitarem, in manus *Altingii* Theologia Historica, aliquo specimine ostendentis, quâ ratione Loci Theologici historicè tractari possent, ac quarum vis controversiarũ origo, progressus & incrementum è sacris primùm literis, post Antiquitate etiam Ecclesiasticâ exhiberi. Idem jam ante illustri exemplo docuit Magnus noster *Chemnitius* & in Explicatione Locorum Communium *Philippi Melanchtonis*, & in accuratissimo *Tridentini Concilii* Examine, ob utrumque laborem nunquam satis laudatus, quidquid etiam iis videatur, quibus non nisi nova propriique Ingenii placere solent inventa. Commendavit hoc Scrutinium non semel publicè & privatim Præceptor desideratissimus D. *Dannhavverus*, nominatim in Cygnæâ cantione suâ, quâ *Illicẽ & obicẽ Pacis Ecclesiasticæ*, quæ hodiè in plerorumque quidem ore, in paucorum autem cor-

pag. 202. seqq.

corde est, orbi verè catholico & orthodoxo ostendit, *Chemnitii* hunc laborem pro exemplo sistens. Observavi hanc methodum nuper etiam placuisse Scriptori non ignoto, qui *de ortu & progressu Spiritûs pseudo-Politici* agere cœpit, simile aliquod Scrutinium in hujus mali omnia hodiè pessum dantis indagatione è Sacris Annalibus prolixè instituens. Mei instituti ratio non patitur, tam longas & operosas ducere lineas, cùm videam, Te ubique compendia sectari, & in hoc ipso *Atheismi Scrutinio*, quæ alibi uberius proponuntur, quasi in nuce Lectori majora opera fastidienti proponere voluisse. Peccarem igitur in te non parum, si ea non sine tædio inculcare vellem, quæ à te datâ operâ & singulari studio sunt prætermissa. Nondum verò dememini, me nuper jam in quodam Epistolio monuisse, quem tu cum omnibus ferè aliis Authoribus dicis *Atheismum*, me *Antitheismum* vocare, omnesque eos, qui præfractè & pertinaciter se tanquam Antitheistas gerunt, pro atheis habere, ac utrosq; in unum eundemque referre censum. Id ubi observatum fuerit, non difficilis adeò erit opera, primam hujus mali, imò pessimi, indagare originem & ortum; modò illud quoque attendatur, quod, qui hoc argumentum

tra-

tractârunt, attendi debere necessarium judicârunt, non unam inter Atheos vel antitheistas differentiam allegantes, quod à Te etiam non fuit neglectum, dum distinguis inter Atheismum *directum & indirectum*, quem alii dicunt *formalem & virtualem*; huncque iterum dividis in *theorethicum & practicum*, & utrumq; in *inchoatum & consummatum*, rursus in *subtilem & crassum*, aliis *privativum & negativum*. Addunt alii alias & plures differentias & divisiones, videlicet distinguentes inter Atheismum *proprium & participatum*, item inter eum, qui est *in fieri*, & eum qui est *in facto*; iterum inter eos, qui vel *activé vel passive* athei dicuntur, quibus communiter etiam accensentur omnes, quibus *Allotheismus*, *Polytheismus*, *Pseudotheismus*, *Libertinismus*, *Indifferentismus*, *Gallionismus*, & desideratus hodiè tot votis *Syncretismus*, placet, quem in *Atheismum* tandem degenerare, suo infra loco forsitan dicetur. Equidem, omnes has & singulas *Atheismi* species, quarum plures quidam entia præter necessitatem multiplicantes referunt, non omnes observant Authores, indifferenter non rarò, aliquoties etiam dissentienter de *Atheismo* scribentes, neque hactenus in eo conventum est, quid propriè ad eum debeat referri, quid non, id est,

Vid. D. Calob. System. Theol. Tom. II. p. 132. & seqq.

est, quinam verè dici possint & debeant, qui non athei ? Videas hinc, in descriptione atheismi & atheorum non idem ab omnibus observari, iis ab hoc ad eum relatis, quæ ab illo tanquam non eò spectantia omittuntur. *Ravanellus* in Bibliothecâ est quadruplex atheorum genus recenset, quos rectius forsitan in totidem species divisisset. *Primum* dicit esse eorum, qui nullum planè Numen agnoscunt, in quorum censum refert *Antiochum*, secundum ea, quæ apud *Danielem* de Eo capite post decimum primo præsignificantur aut præsignificari videntur. *Secundum* eorum, qui Deos fictitios loco Veri Numinis colunt, juxta testimonium *Pauli* Ephes. 2. collatum cum Galat. 4. *Tertium* eorum, qui Deum quidem verum agnoscant, at non cujusmodi est, sed qualem illum esse imaginantur, nec colunt, prout Ipse coli vult, ut hodiè Judæi, Mahumetani, Antitrinitarii &c. *Quartum* denique eorum, qui Deum quidem profitentur se scire, sed factis negant, ex Psal. 10. & 14 Aptè quidem hæc ad aliquas excitatis Atheismi divisiones adplicare licet, sed non ad omnes, juxta quarum tenorem variæ ejus species insuper addi possent, quod commodius tamen per Exempla, quæ nunc suo ordine sequentur, illustrabitur. Ut enim

nim id, cujus gratiâ Epiſtolam hanc ad Te ſcribo, Amiciſſime *Spizeli*, nunc agam, ad primam Atheiſmi originem reſpicio, quâ ſi Antitheiſmo Evangelico adſcribam, nullo planè modo Te mihi contrarium fore, totus confido. Multa quidem & varia multi de Lapſu Sathanico ejuſve causâ protulerunt in medio, plerique tamen & omnes ferè in eo conſentiunt, ſuperbiam ſi non omni, quod tamen probabiliſſimum videri poteſt, aliquâ tamen ex parte interceſſiſſe, primamq; ad peccatum præbuiſſe anſam. Non vacat ea prolixius exſcribere, quæ *Voetius* in eâ Diſputationum ſuarum parte, in quâ de *Atheiſmo* agit, de Dæmonum defectione ſecundum pleraſque circumſtantias ex variis Authoribus uberrimè compila-
pag. 917. ſeqq. vit. Neque ea ſunt neceſſaria, ut adducam, quæ apud noſtros ſcriptores Syſtematicos ſuis evolvi poſſunt locis. Ea tamen Lectori non omninò ingrata fore confido, quæ poſt & præter multos alios noviſſimè *Scherlogus* in Antiquitatum Ebraicarum *Dioptrâ* notavit, hanc tractans Quæſtionem, *quomodo Lucifer DEus eſſe flagraverit, ſi votorum ſcopus, tali naturâ donari, qualem eâ ſignificari voce, egregiè pernoſcebat?* In cujus reſolutione aliqua memoratu non indigna occurrunt, quam ſequentem in modum formavit:

mavit: *Edoctus erat, DEI essentiam à se & necessario existere, illimitatam, improducibilem, æternam, omnipotentem, unicam, indivisibilem, & nihil magis implicare, quàm creaturam esse* (vel fieri posse) *Deum per essentiam. Hâc igitur instructus notitiâ, eâq; evidenti & demonstrativâ, non potuit Lucifer voluntate efficaci intendere Deus esse per naturam; nemo enim absolutè & efficaciter adpetit, quod clarè animadvertit cum impossibilitate necessariam habere connexionem. Superest igitur, de objecto contradictorio volitiones ei adscribamus sub hypothesi, nimirum, ut contingere aliquo modo possit, ardenterq; optaverit, creaturæ absorptà limitatione & finitudine in Deum transire. Et quidem hoc genus velleitatis sub ratione duplici est considerandum. Nam concupiscere potuit Deus esse, non in detrimentum vel injuriam alterius, sed propriæ excellentiæ gratia; & hic actus otiosus & vanè curiosus arguendus, nec tantæ malitiæ, ut Numen concitaret in magnã iram, quemadmodum expendit* Suarezius &c. *aut desiderare sub conditione volebat, DEi perfectionibus & Majestate insuperabili in ejusdem Numinis odium frui, quo Ipsi resistere queat, quo Ejus diminuere gloriam, quo nocere viis quibuscunq; positis; & hic affectus blasphemus atq; sacrilegus est reputandus*

tandus &c. Etsi autem, quæ sub hâc hypothesi observavit opticus non semper nec in omnibus satis perspicax non omninò valere possint, quoad nimirum hic non valituram distinctionem Concupiscentiæ saltem curiosæ atq; adeò non ita damnabilis, & illius Concupiscentiæ, quam apertum post se trahere *Antitheismum* fateri coactus fuit, cùm & prior illa, quam ad mentem *Suarezii* otiosam dixit, & non tantæ malitiæ, ut Numen concitaret in magnam iram, non nisi summè odiosa esse potuerit, gravissimâq; punitione dignissima; ea tamen, quæ in sequentibus sub aliâ & communiori apud suos hypothesi de hoc lapsu ejusque causâ priorem quasi Sententiam corrigens proposuit, multò minus apud eos locum habere possunt, quibus accuratior gestorum ordo placet. Ita autem porrò mentem suam à plerisque inter suos receptam explicat: *Quoniam sibi præferri minoris Nobilitatis creaturam animadvertit, ex Superbiâ livore contabuit, Numinisq; obsequi mandato contemsit. Nempè cum in viâ adhuc & statu merendi* (impropriè) *versaretur Lucifer & commilitonum densa manus, revelatum eis inter magna alia arcana Sacramentum Incarnationis est, scilicet Verbum Patris carnem adsumturum, sive hæc passibilis foret,*

foret, sive impassibilis, de quo tum scire non oportebat. Itaq; hypostatico vinculo naturæ humanæ sociandum Deum verè appellandum, qui consideret præ Angelis in infinitum excelsus ad dextram Patris, cui danda omnis potestas in Cœlo & in terrâ &c. *Lucifer cohortium dux rabidè tulit. Sanè cum de Angelorum* (videlicet lapsorum) *inauditâ constet superbiâ, divinos usq; in honores consurgere eos tentasse, quâ equidem viâ & Angelus simul & Deus nuncuparetur, & gloriæ ultimum attingeret fastigium, nisi unione hypostaticâ interveniente concipi satis nequit.*

Multa sibi sumit opticus, tanquam manifesta & indubia, quæ aliis tamen non minus oculatioribus invisa sunt hactenus & non ita clarè in luce posita, quorũ rationes nunc excutere, hujus instituti non est. Illud nunc ex prolixo hoc discursu observasse sufficit, quocunq; respectu lapsus hic Evangelicus consideretur, Superbiæ vitio eum adscribi debere, utpotè quâ ductus & seductus Lucifer DEo Creatori benignissimo, cui infinitas ob nobilissimi statûs gloriam debuit grates, per summum & detestandum nefas te opposuit, postq; tentatum infeliciter *Antitheismum* factus est passivè atheus, omni spe restitutionis inque gratiam redeundi æternum destitutus, dignus, qui cum comilito-

bitonibus ſuis indè ejiciatur, ubi nullus tali *Antitheiſmo*, multò minus, qui ex eo provenire ſolet, ulli *Atheiſmo* locus eſſe poteſt & debet. Factum benè & juſtè, eoque ipſo indicatum, inultum nunquam fore in poſterum, quicunque tam horrendum *Antitheiſmi* facinus inter mortales quocunque etiam modo ſint auſuri. Et ô utinam ita ſedibus deturbati cœleſtibus Angeli antitheiſtæ & in omne ævum athei fuiſſent, ut nullus eis etiam locus in beatiſſimâ olim Paradiſi ſede manſiſſet, àque malo hoc inter homines non nominando hortus ille veſtigiis divinæ Bonitatis nullibi non illuſtriſſimus in perpetuum liber & vacuus fuiſſet. At non ſatis fuit aut eſſe potuit damnatis hiſce ſpiritibus, ſe & donatæ ab optimo Creatore gratiæ, futuræque ſine omni fine & in æternum Gloriæ Statu privatos eſſe, niſi & homines, nobiliſſimam poſt Angelos creaturam, in conſortiũ damnatæ hujus malitiæ & inſecutæ ex debito miſeriæ omnibus trahere conati fuiſſent viribus & modis, partes extra omne dubium inter eos agẽte, qui nuper agmẽ cœtûs malignantium duxerat, omnesq; cæteros ſeduxerat, Seductor nequiſſimus non ſolum multæ ex Angelorum numero partis, ſed & per primos, quos vocamus, Parentes totius,

us, proh dolor! generis humani universum illud *Antitheismi* primùm, post *Atheismi* ex eo progenerati labe adficiens, & quãtum in se fuit interficiens, nisi summa Creatoris Bonitas interveniſſet, de remedio omni ex parte salutifero & antidoto contra venenum hoc nobiliſſimo ſollicitus antè, quam profundius radices agere poſſet, latiusque progredi & quæ omnis veneni natura eſt, majora ſumere incrementa. Ut ad haſce meditationes deveniam, non adeò procul mihi eundum eſt, circumſtantias illius peccati, ad quod Tentator Sathanicus, verè Sathan, Deique & hominum juratus hoſtis, Evam Matrem non viventium, ſed ex peccato morientium, ſub Serpentis callidiſſimi larvâ, vano inaniſſimæ pollicitationis ſchemate & prætextu ſeduxit, accuratius & diligentiori mentis trutinâ ponderanti, multùm inſuper confirmato per ea, quæ non ita pridem *Sinnichius* in Saule-Ex-Rege hâc de re legi voluit, producens illuſtrem *Chryſoſtomi* locum, quo Regii Pſaltis de *Atheiſmi* ſuo tempore ſectatoribus teſtimonium egregiè quoad præſens inſtitutum explicavit, ita, prout ibi citatur ſcribentis: *Primus inſipiens Diabolus fuit, qui primus inſipientiæ ſeminator extitit, & primus præco multitudinis Deorum, dicens*, Eri- *lib. I. cap. 89. num. 335.*

tis ſicut Dii. *Ubi notandum*, inquit Sinnichius, *omnes polytheos à* Chryſoſtomo *cenſeri Atheos, ac per hoc ſtultos ſive inſipientes in corde ſuo dicentes*, non eſt Deus. *Addit:* Quoniam igitur Diabolus omnium primus ſeminavit polytheiſmum, *Chryſoſtomus* eundem conſectariè arguit etiam atheiſmi, porrò ita ſe explicans: *Quicunq; multos Deos adorat, dicit*, non eſt Deus. *Quem ad modum enim maritorum multitudo efficit, ut non cenſeatur maritus; ita multorum Deorum cultus eſt impietas, & perinde eſt, ac ſi nullum colas. Multorum enim Deorum admiſſio eſt unius negatio.* Quibus verbis hæc iterum adnectit Sinnichius: Chryſoſtomus *proindè Diabolum cenſet primum inſipientem, quia dicendo Protoplaſtis*, Eritis ſicut Dii, *jecit fundamentum polytheiſmi, cui arctiſimè cohæreſcit atheiſmus*; ſi quidem teſte Athanaſio *multitudo Numinum nullitas eſt Numinum.* Favet quoq; Apoſtolus, *inquit porrò*, cum Epheſios pro tempore Gentiliſmi dicit fuiſſe *atheos*, id eſt *ſine Deo in mundo*, ad quæ verba Chryſoſtomus hæc iterum ad hunc ſcopum notavit: *Quomodo Epheſii ſine Deo? Hinc ſimulacra, illinc Imagines, illic Neocoros Diana, illic Demetrius argentarius*, qui faciebat Templa Dianæ argentea. *Tantus eſt grex Deorum;*

cap. II.

rum; & quomodo sunt absq; Deo Ephesii? Sed propterea sunt impii & absq; Deo, quod, cũ multos elegerunt Deos, ab uno excíderunt. Hinc eodem citante Theodoretus censet: *Mutilos esse vocandos non eos modò, qui nullum omninò Deum esse comminiscuntur, sed eos quoq;, qui in multa Numina unum Deum partiti sunt, quive rerum omnium conditori parem statuerunt creaturam. Non itaq; soli habendi sunt athei* Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenæus & Evemerus Tegeates, *& quicunq; hos consectati sunt, Deos esse penitus abnegantes, ut author est Plutarchus; Sed Homerus prætereâ & Hesiodus, & familiæ Philosophorum, qui multos Deorum ordines fabulati sunt, & horum quosdam, mancipiorum instar, humanarum perturbationum servos esse pronunciarunt.* Placuit hoc Theodoreti testimonium huc adjicere, quia in sequentibus etiam suo loco usui esse & non parum inservire poterit. Accedat nunc porrò, quod Sinnichius ad illud & antecedentia ulterius pro more suo non impertinenter observavit: *Patet igitur, ambitione libertatis,* De Qua paulò ante egerat, *invectum fuisse primitùs polytheismum, quatenus per eam primi Parentes à Deo recesserunt, & subsequenter serpenti pluralitatem Deorum suggerenti crediderunt. Patet* Serm. III. de cur. Græc. affect. mox á princ.

pariter, eandem libertatis ambitionem invehendo polytheismum straviſſe viam Atheiſmo, quatenus is virtualiter implicatur in polytheiſmo, juxta citatum Athanaſii, & non ignotum Tertulliani pronuntiatum: *Deus, ſi non unus eſt, non eſt.* Quamvis verò tota hujus Diſcurſûs Sinnichiani ſtructura, non Chryſoſtomi ſolùm, ſed & aliorum Eccleſiæ Patrum ibi citatorum teſtimoniis firmata hypotheſi non uſque quaque receptâ niti videatur, quaſi nimirum Verba Sathanæ ſeductoris, *Eritis ſicut Elohim*, in plurali numero & ſenſu intelligi neceſſariò debeant, perque ea Serpens deceptor polytheiſmum & hinc quoque atheiſmum inducere voluerit, id quod non ſine causâ in dubium vocari poſſet per ea, quæ poſt alios in hoc ſtudii genere verſatos non ita pridem *Varenius* in Decadibus Moſaicis compendioſè monuit, B. *Lutheri* Verſionem, numerum & ſenſum ſingularem exprimentis, contra eos, qui per *Elohim* Angelos & Spiritus creatos intellexerunt, defendens; non tamen omninò cadere, quæ & Polytheiſmum & inſequentem Atheiſmum in Paradiſo primitùs fundatum concernunt, indè poteſt conſtare, ſi conſideretur, ipſam ſimilitudinis divinæ, pluſquam concreatæ, àSathanâ vaniter promiſſæ adfectationem ſecum

Decad. IIII loc. 2. pag. 323.

ſecum traxiſſe polytheiſmum, qui ſi mater eſt ipſius atheiſmi, ſecundum citata Doctorum teſtimonia, quo minus protoplaſtos dicamus atheos, nihil omninò prohibere videtur, præprimis ſi ad illorum Interpretum ſententiam non adeò improbabilem reſpiciamus, quâ Protoplaſti per vetiti fructûs deguſtationem totius Decalogicæ Legis rei coram Deo facti dicuntur, in cujus tabulis cùm ex oppoſito *Atheiſmus* primum occupet locum, non video, quâ ratione ab eo abſolvi poſſint, qui, ut fieri ſolet, plurima, imò quævis alia poſt ſe traxit peccata, in primævâ Lege ſeveriſſimè prohibita. Ut non neceſſum ſit, ea hic amplius & iteratò repetere, quæ nuper modò in Vindiciis *Antithomiſticis* pro eâ opinione adducta ſunt, quâ Infidelitatem pro primo primi peccati actu haberi debere demonſtratum eſt, & quidem ex ipſo eorum fundamento, qui Superbiam hujus loco primam Apoſtaſiæ anſam præbuiſſe defendunt. Atque ſic Antitheiſmus cum ipſo *Atheiſmo* per detruſos è Cœleſti regiâ Spiritus Paradiſo cum univerſi generis humani damno nunquam ſatis deplorando illatus eſt & per fallaciam Sathanico-ſerpentinam intruſus, eo tempore, quo homines à manu Dei Creatoris Benigniſſimi, ut ſic dicam vel ſcribam, adhuc

huc calidi nihil minus, quàm ad tam nefandos conatus seduci se permittere apothei ex justo Dei Judicio facti, qui prothei esse debuissent, adeòque Paradiso, consummatissimæ in hoc ævo Jucunditatis loco à Deo, cui se præter omne meritum opposuerunt, imò à cujus verbo & sanctissima voluntate ab infensissimo Dei antagonistâ seducti se averterunt, sicut Angeli antitheistæ Cœlo, expulsi, æternùmque facie Dei gratiosâ carituri, nisi Misericordiâ interveniente & miserrimos ex tristi lapsu atheos magis atque magis à Deo fugientes respiciente medium ad novam spem Gratiæ propositum fuisset. Benè quidem & illud justissimèque à sanctissimo Legislatore factum est, quod & Cœlum & Paradisum ab infesto hoc Antitheismi simul & *Atheismi* intolerabilis malo liberavit & per ejectionem eorum, qui illud loco alicujus boni singularis summo cum desiderio ambiverunt, purgavit, in alium translatis tristem valdè statum, quorum animus verè bonis concessisque à liberalissimo Numine donis noluit esse cõtentus, ad majora, quam par erat, & altiora adspirantium. Luant cum omnibus suis Natorumque natis, & quicunque ad seculi finem ab illis nascentur, luant omnes, Evigenæ hunc bolum, quo concreata Dei con-

conformitas & similitudo, quantum, heu! bonum, momento quasi deglutita est, in æternum irreparabilis, nisi unigenitus Dei Filius ad prot Evangelii tenorem nobis, solâ peccati labe exceptâ, per omnia conformis fieri voluisset & similis, eum in finem, ut nos essemus activè & passivè philothei, Deum tam benignũ Auxiliatorem amantes, ab ipso amati & in omne ævum amandi. Agnoscere autem meritò debuissent mortales, Justitiamque severissimi Punitoris in expurgatione Paradisi cœlestis & terrestris moniti discere, Deum Zelotem non contemnere, sibiq; ab omni eo cavere, quod ullâ ratione Ei contrarium esse non ignorare poterant, Eum in omni actu præ oculis habẽtes, in cujus omnia intuentibus oculis se versari sciebant. At è Paradiso quidem eliminatus erat *Atheismus*, non item ex corde humano, ubi semel malum hoc semen radices egit, nunquam planè & omninò eradicandum, quin potius propagandum & ab ipsis statim Protoplastis in posteros propagatum, generantibus non ad Dei imaginem & similitudinem, ô quantum ab illâ mutatam, imò planè inversam & à Deo aversam! Eva quidem Mater, ubi primum peperit filium, Promissionis divinæ de benedicto semine mulieris, serpentis paradisiaci

disiaci futuro Contritore, memor, altâ exclamavit voce: *Possedi Virum-Dominum*, indubia, adesse jam tempus, quo impletum iri speravit id, quod cum viro multis, ut probabile videtur, suspiriis à Deo precata est. Sed multum, plurimùmque falsa, dum loco ejus, quem Dei filium, Dominum esse existimavit, ὁμόθεον, videlicet; *atheum* enixa est, Cainum videlicet, hominem omnium vitiorum possessorem, ab omnibus vitiis obsessum, Antitheum, hypocritam, divini cultûs contemtorem, adflictissimorum Parentum cordolium, fratricidam nefandum, & quid non? Ne id frustra dixisse videar, sufficere præter ea, quæ sacer codex de nefandis criminibus & flagitiis ejus detestandis cum memorabilibus circumstantiis memorat, potest colloquium illud, quod inter Cainum & Abelem intercessisse in *Jonathæ* paraphrasi & Targum *Hierosolymitano* legitur, ubivis quidem apud interpretes obvium, dignum tamen, quod & hic legatur, utpote rei præsenti valdè accomodum, quod ex versione *D. Quistorpii* ita habet: *Dixit Cain ad fratrem suum*, Veni, exibimus foràs. *Et accidit, cum exiissent ambo foràs, respondit Cain & dixit ad Abel:* Cogito mecum, quod Mundus quidem creatus sit per Misericordiam divinam; verùm

rùm non gubernetur juxta meritum bonorum operum, ſed ibi habetur reſpectus perſonarum in judicando. Nam cur oblatio tua accepta eſt in gratiâ, & oblatio mea non accepta eſt. *Reſpondit Abel & dixit:* Omninò per Miſericordiam divinam creatus eſt mundus, & juxta fructum bonorum operum gubernatur, neque eſt perſonarum reſpectus in judicando. Et quia fructus operum meorum erant boni præ tuis, ideò acceptata eſt oblatio mea in gratiâ. *Reſpondit Cain & dixit ad Abel:* Non eſt Judicium, & non eſt judex, & non eſt ſeculum futurum, & non eſt juſtis redditio præmii, & non eſt ultio impiis. *Reſpondit Abel & dixit:* Eſt Judicium, & eſt Judex, & eſt ſeculum futurum, & eſt expectatio præmii juſtis, *& ſumtio ultionis ab impiis.* Quid in hoc deſiderari jure poſſit colloquio, jam non attendo, illud ſolùm obſervans, juxta antiquam Judaicæ Eccleſiæ ſententiam Caino non injuriâ imputari poſſe *Atheiſmum* ob id, quia diſertè ſatis, etſi non ipſam Dei exiſtentiam, Providentiam tamen Ejus & Juſtitiam, quin & extremum negavit Judicium, quod ex iis etiam non obſcurè manifeſtum fieri poteſt, quæ ex ore ejus prolata in Moſaicis Annalibus narrantur. Sicut autem extremum negare aut in dubium voca-

vocare Judicium infra ex inſtructione *Petrinâ* videbimus eſſe Empæctarum, quos Atheorum fratres non immeritò dixeris; ita de Providẽtiâ Dei Creatoris ſecurius, quàm par eſt, loqui & ſentire, ad *Atheiſmum* proximius accedere, antiqui Eccleſiæ Doctores jam dudum monuêre, contra eos ex Gentilium Scriptorum numero, quorum contra Providentiam pronuntiata copioſè ſatis collegit & diligenter digeſſit *Barthius* in ſuis ad *Claudianum* Poetam animadverſionibus, citatis etiam pluribus ex Antiquitate Scriptoribus, qui cauſam Dei ſollicitiſſimè curam mortalium habentis contra injurioſiſſimos Ejusdem obtrectatores ſingulari induſtriâ egerunt, quibus è Scholâ Græcorum omninò addi meretur *Euripides* Tragicus, cujus illuſtre pro Dei in creaturas ſollicitudine teſtimonium, ut in ſuis *Lectionibus Sacris* extaret, dignum cenſuit *Rutterſhuſius*, Jurisconſultorum pietatem & Eruditionem Theologicam cum literis ſecularibus conjungentium rarum hoc ſeculo decus & ornamentum. Prolixitatis vitandæ ergò ex omnibus, quæ maximo adduci poſſent numero, ſi id jam ageretur, ut pro Dei providentia contra ejus diffamatores ſtabiliẽdâ ſcribere neceſſum eſſet, quod tamen non adeò impertinẽs videre poſſet, id

adlib. I. in Rufin. pag. 1077. ſeqq.

lib. I. cap. 17. pag. 69. & ſeq.

id tantum notetur, ex eo ipso, quod *Epicurus*, non ignotus olim Philosophus, suo reproducendus loco, Providentiam Dei negavit, ipsam Dei existentiam negasse à *Lactantio* quondam fuerit accusatus, verbis ad præsens institutũ optimè quadrantibus, hũc in modũ scribente: *Epicurus Deum quidem esse dixit, quia necesse sit esse aliquid in mundo præstans, & eximiũ, & beatum; Providentiã tamen nullam. Itaq; mundum ipsum nec ratione ullâ, nec arte, nec fabricâ instructum; sed naturam rerum quibusdam minutis seminibus & insecabilibus conglobatam. Quo quid repugnantius dici possit, non video? Etenim si est DEus, utiq; providens est, ut DEus, nec aliter Ei potest Divinitas attribui, nisi & præterita teneat, & præsentia sciat, & futura prospiciat. Cum igitur providentiam sustulit, etiam DEum esse negavit.* Rigorosius fortè debito egisse videri posset *Lactantius*, id per consequentiam *Epicuro* imputans, quod Ipse tamen nunquam agnovit, Deum esse apertissimè professus; nisi consequentiæ tenor illud exigeret, nulloque id modo negari posset, quâ etiam ratione nemo erit, qui injuriam Caino inferri possit conqueri, si & is ob negatam Dei providentiam pariter & Justitiam, quin & extremum Judicium, vi consequentiæ nulli negandæ, *Atheorum* *de Ira Dei, cap. 9.*

orum censui, & inter primos quidem adscribatur, is nimirum, qui longâ serie Sectam hanc damnabilem numero ferè innumero propagavit, & inenarrabile damnũ generi humano Deique in Ecclesia regno & civitati, amplas & munitas civitates cum suis ædificans, intulit, post Protoplastos omnium atheorum pater & propagator, per cujus posteros tanquam mali corvi mala ova hoc *Atheismi* malum latè disseminatum, & cum maximis detestandisque incrementis ad pios quoque Sethigenas Deique veros cultores dilatatum fuit, ut ex seriè dicendorum porrò patebit. Quamvis enim peculiaris Sectæ vel Schismatis author videri potuit Cainus, à domo & religione paternâ post patratam cædem & fratricidium seipsum segregans, eisque se opponens, qui ob sincerum Dei Trinunius cultum Filii *Elohim* dicebantur; non tamen intrà terminos Civitatum à posteris Ejus conditorum nova hæc Religio Atheistica mansit, sed plus ultra serpsit, pluriumque mortalium, imò omnium ferè occupavit animos labes hæc pestifera. Hinc non tantum in familiâ Caini quintus ab Eo *Lamechus*, si non directè Atheorum, Antitheistarum certè numero accensendus venit, primus omniũ ordini Divino in Matrimonii institutione sinè

nè exemplo prævio se opponens per bigamiam simultaneam, ut de homicidio duplici jam non dicam, variè ab interpretibus accepto; quorsum etiam referri posse videtur, quod circa *Enosi* tempora à Mose cum singulari observatione memoratur, *cœptũ esse tunc invocari Nomen Domini*, non profamari quidem per Idololatriam, quæ celebrium quorundam inter Judæorum Rabbinos interpretum opinio est, notata post *Cunæum* à *Dionys. Vossio* ad *Majmonidæ* de Idololatriâ librum, ita tamen invocari publicè & per institutam ab Enoso cultûs Divini reformationem, ut profanationi nominis Jehovæ inter Cainitas per Idolorum cultum cœptæ opponeretur, hâcq; ratione Filii *Elohim* à filiis hominum vel Sectatoribus Atheismi Cainitici tanquam solenni notâ distinguerentur, ut *Ravius* Professor Upsalienſis in eruditissimis ad h. loc. annotationibus observavit; sed &, si sequentem narrationis Mosaicæ ordinem cum iis, quæ ad illustrationem ejus pertinent, accuratius intueamur, manifestum erit, successivè & pedetentim non ingratam hanc humanæ menti hæresin si voce hâc uti licet, è civitatibus Cainitarum in familias piorum derivatam & propagatam fuisse. Id ut statuatur, facit memoria *Enochi*, quem Moses

conf. Hottingr. Smegm. Orient. p. 231.

Ibid. Crugnt. in rebel. Arcan. cap. IIII. pag. 229.

in

in Serie Genealogicâ ſeptimum ab Adamo, Jaredi filium Mathuſalami patrem exhibet, de quo *Judas* Apoſtolus poſt tria annorum millia totidemq; inſuper ad minimum ſecula in Canonicâ & *Catholicâ*, ut communiter audit, Epiſtolâ teſtatur, quod ſuo tempore vaticinatus fuerit, de *Judicio & gravi Elencho Domini contra omnes impios eorumq; impietatem*, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν καθ' αὐτοῦ; de quâ Henochi Prophetiâ quid ſtatuendum ſit, *D. Dorſcheus* olim, Diſputatione Inaugurali, prolixiſſimè expoſuit. Inter cætera illud ex hoc Vaticinio ad præſens inſtitutum pertinet, quod Judicialem hunc à Deo Elenchum iri inſtitutum Henochus Spiritu Prophetico præditus Antitheiſtis & Atheiſtis præſignificavit in ſpecie etiam contra eos, qui durius *de DEo & contra DEum* Ejuſve Providentiam & Juſtitiam, exemplo ſui Patri-vel potius Hæreſiarchæ Caini, publicè cum omnium bonorum ſcandalo locuti fuerunt, & ex profeſſo quaſi & tanquam de cathedrâ docuerunt, verè pſeudo-Doctores & peſtes Reitùm publicæ; à quâ labe immunes planè, qui, ut monui, Filii *Elohim* dicebantur, fuiſſe, vix credere fas eſt, ſi ea ulterius attendantur, quæ in narratione hiſtoricâ à Moſe his proximè ſubjunguntur. Quia enim ob quoti-

conf. Th. Bang. in Cælo Oriēt. Exerc. I. Quæſt. 6. pag 93, & ſeqq. & Urſin. de Antiq. Moſaic. pag. 208. & ſeqq.

quotidiana humani generis incrementa Religio hæc antitheiſtica & verè atheiſtica plures ſemper ſectatores habuit, utpotè quæ ad omnem vitæ licentiam & ſecuritatem præbuit anſam, dicti jam non ſemel Filii *Elohim* dulcedine ejus ad eandem per conjugiorum quorumvis intolerabilem mixturam ſeducti fuerunt, malo hoc in dies & momenta per talem concurſum ſua capiente augmenta, quidquid etiam Spiritus Dei per fidelium Patriarcharum, in ſpecie *Noachi* Conciones elenchticas contra illud dixerit, non niſi graviſſimas impœnitentibus pœnas ſuo tempore irrogandas iteratâ ſæpius vice comminatus. Notari hic præprimis merentur Gigantes illi, *Nephilim*, qui ex damnato piorum pridem & impiorum Matrimonio nati dicuntur, οἱ γίγαντες, potentes & magni nominis inter ſuos viri; quos etſi *Boulducus*, in de Eccleſiâ ante Legem fideles verique Dei cultores à proſtratione in terrâ ita adpellatos exiſtimet, eò quod in orationibus & publicis ſuæ Religionis, quam profitebantur, exercitiis Deum proſtrati adorabant, de cæteris quoque nominibus, *Raphaim*, *Zuzim*, *Enachim*, *Emim*, *Zomzomin*, quæ in ſequentibus apud Moſen occurrunt, & paſſim pro gigantibus ſumuntur, audacter ſtatuens,

lib I. cap. 3. pag. 17. & 18. conf. cap. 9. & 10. pag. 52. & ſeq.

honorifica esse nomina, quibus fideles, qui tam ante, quam post Diluvium, primi fuerunt terrarum & regionum incolæ & rectores hominum, ob admirabilem & eximiam Sanctitatem cognominati fuerint ab his, qui eis successerunt, dicti *curatores*, *illustres*, *torquati*, *reverendi*, *Sapientes*; Caramuel etiam in *Theologiâ Regulari*, quartùm & auctius nuper editâ, dictos putet quasi separatos, quia nimirum á commercio & seculari vulgo erant discreti, ut *Monasticè* melius, commodiusque divinis laudibus vacare possent, totque huic Instituto subscripsisse, ut hominum *piscatores* dicerentur & essent, quin & ob aliarum rerum cognitionem *Nubes* fuisse adpellatos, eâ ipsâ de causâ, quâ apud Gregorium omnes Sancti *Nubes & Exhalationes* nominantur, à quâ denominatione & metaphorâ poeticè apud Græcos Ædituus & Sacerdos dictus fuerit *Nephileus* vel Nnochodos; neuter tamen hactenus opinionum harum omni ex parte singularium inter suos etiam habere potuit adsecias, omni videlicet probabilitate carentium. Sepositâ jam antiquorum Ecclesiæ Doctorum de his gigantibus sententiâ, ab aliis dudum examinatâ, placent, quæ *Lutherus* noster suis in Genesin Mosaicam Enarrationibus inseruit, ad rem nostram

Disp. II. pag. 92. num. 137.

Vid Sixt. Senens. Bibl. S

ſtram adprimè facientia, ita mentem ſuam declarans: *In deſcriptione peccati & meriti, propter quod Diluvium venit, primum fuit, quod Filii Dei apoſtatârunt à religione & Verbo Dei, ac toti ſunt carnales facti, ita ut non ſolùm Eccleſiam, ſed & Politiam & Oeconomiam perverterent. Addit Moſes, malitiam in eo etiam creviſſe, ut Gigantes eſſent ſuper terram; ac diſertè dicit, ex illo concubitu Filiorum Dei cum filiabus hominum non prognatos Dei Filios, ſed Gigantes, hoc eſt, homines arrogantes, qui ſimul & regnum & Sacerdotium ſibi vendicârunt.* Et ut expreſſius ſignificet, quales hi fuerint homines, paulò poſt de iis ita ſcribit: *Hic locus, & ſi qui ſunt ſimiles, me movent, ut intelligam, Niphlim non dictos à magnitudine corporum, ſicut Rabbini putant, ſed à tyrannide & oppreſſione, quod vi ſint graſſati, nullâ ratione habitâ Legum aut honeſtatis, ſed ſimpliciter indulgentes ſuis voluptatibus & cupiditatibus. Nam qui jure regunt, hos ſcriptura Paſtores & Principes appellat; qui autem per injuriam & violentiam regnant, hi rectè Niphlim vocantur, quod obruant & opprimant infra ſe poſitos.* Et poſtquam locum ex regio Pſalte parallelum explicaſſet, hæc porrò addidit: *Ad hunc modum expono hoc in loco Gigantes ſeu Niphlim, non homines vaſtâ mo-*

lib. V. Annot. 77. conf. D. VValth. offic. pag. m. 714. & Sixt. Amama, Anti-Barb. Bibl. pag. m. 245.

le corporum, ſicut in libro Numerorum, ſed violentos & injurios, quales Poetæ pingunt Cyclopes, qui neq; Deum, neq; homines timent, ſed tantum ſequuntur cupiditates ſuas, freti potentiâ & viribus ſuis; ſedent enim in Majeſtate, tenent Imperia & Regna, imò etiam ſpiritualem ſibi vendicant poteſtatem, & utuntur illâ potentiâ contra Eccleſiam, contra Verbum Dei, pro ſuâ libidine, &c. Id quod poſt aliqua uberius ita explicat: *Quos Moſes hic Niphlim, odioſo & tetro nomine appellat, fuerunt haud dubiè in legitimâ adminiſtratione Eccleſiæ & Politiæ; ſed quia officio non utuntur, ut debebant, deteſtabili vocabulo Deus eos vocat ac traducit. Sicut enim nos in hâc naturæ corruptione ne leviſſimo quidem dono ſine ſuperbiâ uti poſſumus, ita Deus impatientiſſimus & ſuperbiæ, & potius dejicit potentes de ſede, &c.* Atque *ad hunc modum vocabulum Niphlim activè accipio pro Tyrannis, oppreſſoribus, graſſatoribus. Credo autem, ſicut fit in aliis etiam Linguis, Moſen hoc vocabulum transtuliſſe ex uſu ſuorum temporum ad tempora ante diluvium, mutatâ aliquantulum ſignificatione; quod ſicut illi Enachim fuerè Tyranni, viribus corporum freti, ita hi degeneres Filiorum Dei nepotes potentiâ & dignitate ſuâ abuſi ſunt ad oppreſſionem bonorum, ſicut ipſe Moſes ſe explicat.*

plicat. Non pauca hiſce intermiſcet, quin & ulterius ſubjungit Megalander, ibi ſecurius quàm hic legenda, quibus ſi addantur, quæ alii poſt Eum interpretes orthodoxi, nominatim *Selneccerus*, *Brentius*, *Chytræus*, *Lyſerus*, *Geſnerus*, & poſt omnes ferè alios D. *Gerhardus* noſter de hiſce Gigantibus ex genio Linguæ & Scripturæ S. monuerunt, nemo dubitabit eos fuiſſe Antitheiſtas non ſolùm, ſed verè & omninò *Atheos*, non practicos tantùm, ſed & theoreticos, neque indirectè ſolùm, ſed & directè Deo ſe opponentes, non itidem ſubtiles adeó, ſed valde craſſos, neque etiam in principiis ſubſiſtentes, ſed conſummatiſſimos, dignos & dudum juſtitiæ vindicatricis furorem meritos. Obſervavit idem atque ante hoc Seculum notanter monuit quidam ex ordine Prædicatorum Moſaicæ Geneſeos illuſtrator, *Guilielmus Hammerus*, ex quo, dum in Eruditorum manibus rarior eſt, ſequentia huc ponere non præter rem erit: *Traditurus Moſes totius humani generis excidium, quod aquarum diluvio conſummatum eſt, ne cauſam tantæ cladis ignoremus, ſatis aperit nobis, quorum ſceleribus Deus irritatus ultimum hoc excidium mortalibus induxit. Neque enim putandum eſt, leve vel vulgare hoc peccatum fuiſſe, quod divi-*

nam Benignitatem ad tantam efferavit immanitatem. Satis constat, Gigantum impietatem hujus mali auctorem fuisse. Est Gigantum nomen celebre, nedum in divinis Literis, sed etiam apud profanos Scriptores, ut qui humani sanguinis & ultimi humani generis excidii auctores fuerunt. Et post pauca: *Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam gentem impiam,* DEOS NEGANTEM (en apertum satis atheismum) *& ideò existimatam Deos pellere de cœlesti sede voluisse?* Iterum post aliqua: *Adpellati sunt cadentes, q.* ἐπιπίπτοντες, *id est, irruentes, invadentes, ac negotium omnibus facessentes, & eò audaciæ jam provectos, ut cæteris etiam imperare vellent. Igitur omnium libertati insidiati, Bella inferre, sursum ac deorsum omnia miscere, Mare Cœlo confundere, neque Divina neque humana pensi habere, modò in reliquos mortales imperium sibi pararent. Quod quidem non alia adgrediendum fuit viâ, nisi summa vitiorum ac scelerum impunitate, ac ruptis omnibus Justitiæ Æquitatisq; Legibus.* Videre hic licuit maximam & uberrimam Atheorum, *Deos negantium* segetem, insecutamque tristissimam catholicæ eluvionis messem, quâ Sanctitatis author Deus terram à zizaniis omnia ad Pietatem spectan-

ctantia suffocantibus purgare, malumque hoc radicitùs extirpare destinavit, *Noaho*, ob laudabilem in vero DEI cultu constantiam & sinceritatem, in Arcâ ipsius DEI jussu fabricatâ, cum paucis suorum, inter Aquarum undique maximo cum impetu irruentium furores & strepitus extrema minantes, miraculosè & non sine auxilio Dei præsentissimo, ad propagationem humani generis conservato; utut inter paucos etiâ hos Arcæ incolas non omnes ejusdem cum *Noaho* Pietatis fuisse, eventus postmodum docuit, ubi *Chamus*, impiorum Canaanitarum pater, vix Arcâ post Diluvium tam feliciter Dei gratiâ superatum egressus, egregium, scilicet, impietatis & antitheismi specimen exhibuit, Patris *Noahi* non ex destinato, ut credi par est, consilio ebrii verenda, contra decorum ipsamque Naturæ legem ludibrio exponens, justâ ab irato Patre punitus maledictione, quam non verbalem tantùm, sed omninò realem fuisse, posteri ejus in multas generationes, tristi experientiâ docti fuerunt, peccata nimirum peccatis augentes, & Patris nefarii antitheistæ, & cur non *athei* etiam? vestigia illaudabili exemplo prementes, Antitheismi & *Atheismi* post diluvium novi disseminatores, principatum inter eos du-

cente *Nimrodo*, Chami illuſoris nepote, Venatore non tam beſtiarum, quàm hominum potentiſſimo & truculentiſſimo, primo juxta receptam plerorumque opinionem Monarchâ, & ſi nupero *Ruinarum illuſtrium* deſcriptori communem iterum ſententiam, non tamen omnibus viſam æquè probabilem, repetenti fides eſt habenda, condendæ urbis & Turris Babelicæ, denominationem à pœnali Linguarum confuſione accipientis, primo authore & inſtinctore, quod inſtitutum ex ratione ſtatûs ad minimum *Antitheiſtici* proveniſſe, proximèque ad ipſum *Atheiſmum* conditores duxiſſe, ex pœnæ divinitus immiſſæ pravitate non obſcurum eſſe poteſt, quidquid etiam *Toſtatus*, ſtupor ille mundi, in favorem eorum ſpeciosè ſatis commentus eſt, à *Riveto* & aliis reſponſo non deſtitutus. Etſi enim eruditiſſimus quoq; *Hiſtoriæ Philoſophicæ* ſcriptor, poſt ea, quæ de citato Angelorum lapſu, & primo hominum peccato, aliisque hactenus ad Hiſtoriam *Atheiſmi* è S. Codice relatis, ingeniosè quidem, ut propoſito omni modo ſatis faceret, ſed non ſemper ſolidè ſatis in medium adduxit, ex aliquâ parte Conditorum horumve vanitatem, quin & non plane nullam impietatem excuſare vel potius

Vid. Feſſel. Adverſ. S. lib. 4 cap. 10. pag 386. Confer. Vorſt. ad Pirke R. Eliez. p. 188.

Exerc. 67 in Gē. pag. m. 323. cōf Grobend. de orta & progr. Spir. Polit. lib. 1. cap. 9. num. 63. pag. 197.

tius emollire conatus sit, nescio tamen, an habiturus sit multos ex Eruditorum gente adstipulatores, si res hæc rigoroso subjiciatur examini. Ita autem de *Nimrodo*, quem hujus conditionis authorem plerosque, sed non omnes, statuere jam dixi, ille autem in Philosophorum & Astrologiæ cultorum numero habet: *Hic, ut eò melius Astra considerare, & eò facilius Tyrannidem tutari posset, author toti humani generi fuit extruendæ Turris immensæ altitudinis, quæ caput inter nubila conderet. Nam inter præcipuos condendæ Turris fines, crediderim fuisse, sublimi ejus & stupendâ mole Astris succedere, & ex alto patentes Cœli plagas melius & accuratius contueri. Quia verò non inter proletarios, sed in Regum ac Principum Aulis versabatur Philosophia, Vulgus alio fine ad tantas moles stimulandum erat, dulcedine nimirum Famæ in æternum perennantis.* libr. II. cap. 2. p. 67. & 68.

Quæ de toto genere humano dixit, in paulò post sequentibus ita corrigit: *Quod autem Philo Judæus, & qui Eum sequuntur, Semitas, Chamitas & Japhetios promiscuè ad ædificationem Turris confluxisse volunt, id de Chamitis & Japhetiis absolutè, de Semitis non nisi limitatè verum est. Posteritas enim Semi ideò potissimum dicti sunt Ebræi, quod à Nimrodianis separati essent, quorum*

& errores atque placita rejiciebant, melius à Setho & Noaho edocti; unde & Seth pater omnium filiorum Eber dicitur, quod quâ ratione dictum sit, Interpretes certant. Sed nihil probabilius, quàm ita dici, quod Sectatores ejus distincti fuerint à Nimrodianis, qui Chamitæ & Japhetii erant; undè & nepos ejus Eber adpellatur, & ipsi Euphratem transiverunt, quæ omnia concurrunt ad adpellationem hanc stabiliendam. Videant, quorum hic interest, num hæc omnia ritè se habeant, suumque possint inter Eruditos occupare locum. Illud nunc saltem, utpote ad instituti rationem pertinens, præprimis urgendum censeo, quod nominis Famam pro subalterno tantùm & quasi accidenter interveniente condendæ Urbis & Turris fine agnoscere videtur, quem tamen Sacer Historicus pro primario eoque unico habuit, à cujus manifesto satis indicio secessum facere, minus tutum devotis harum rerum tractatoribus semper est visum. Accedit jam, quod de *Nimrodo* celeberrimus non ita pridem *Hottingerus*, ex Scriptoribus Arabicis quidem, sed christianis, *Elmacino & Patricide*, hoc etiam Patriarchâ Alexandrino, in *Smegmate suo Orientali*, inter alia monuit, Eum fuisse *Ignicolam & Magiæ authorem*, adeoque iis

lib. 1. cap. 8. p. 272. & 273.

arti-

artibus talique cultui deditum, undè iatis manifestè ejusdem *Antitheismus*, & consequenter etiam *Atheismus* constare potest, per ipsam hanc novæ Urbis & Turris conditionem ad omnes posteros propagandus, si Ebræorum sententiæ standum sit, de quibus incomparabilis hodiè *Bochartus*, in de Dispersione Gentium & Terrarum divisione testatur, quod ex mente Eorum verba, quibus se conditores ad id peragendum animârunt, *Faciamus nobis nomen*, hic significet, faciamus nobis Deum, id est Idolum, ut cùm populus Aaraoni dixit, *Fac nobis Deos, qui nos præcedant, &c.* Et verò hæc ipsa Turris, *addit Bochartus*, Belo postmodùm consecrata est. Sic Nicolaus Abramus, Theologus Mussipontanus in Pharo Veteris Testamenti ad Quæstionem, *quam graviter homines Turris ædificatione peccaverint?* quam scriptis omnium Interpretum dicit esse jactatam, à se verò libandam potius, quàm accuratius disputandam, *primo* adducit authoritatem *Josephi*, in primo antiquitatum Judaicarum libro primos homines illos acriter reprehendentis, *quod substructione turris illius immani scelere atq; impietate, authore potissimum* Nemrodo *se devinxerint, utpote qui Turrim illam eo consilio fuerint moliti, ut ab ipso*

lib. 1. cap. 14. pag. 54. & 55.

lib. 4. cap. 20. p. 119. & seqq.

ab ipso Deo deficerent, se autem contra novum tueri possent Diluvium, ac majorum suorum ulciscì interitum; addens, se hanc sententiam tum ab aliis, tum præsertim à *Tostato* jampridem egregiè confutatam prætermittere. *Secundò* adfert *Augustinum*, ædificatores illos superbiæ & impietatis accusantem, quam accusationem à *Josephi* sententiâ parum abesse existimat, ulterius censens, mirum non esse, quod sanctissimus Doctor aliquantò vehementius in illos Turris Babylonicæ conditores invectus limites (sed quos vel quales?) transilierit. Cum enim, *inquit*, in Editione, quæ tum communis habebatur, legeret, *Nemrodum fuisse robustum Venatorem contra Dominum*, nec ipsis codicibus Græcis admodùm juvari posset, nec Ebraicæ Linguæ haberet notitiam, quâ omnis ista deciditur controversia; quid aliud facere debuit aut etiam potuit, quam ut communem illam Editionem latinam pro virili tueretur, & à Nemrodo, qui contra Dominum fortis erat (*dicebatur*) Venator, Turrim contra Dominum defenderet esse constructam. Adde, quod in eo totus erat *Augustinus*, ut Civitatem mundi distingueret à Civitate Dei; quod discrimen eò liquidius adparet, quò magis alterius pietas, alterius exaggeratur impietas. *Tertio* quam-

lib. 16. de Civ. Dei, cap. 4.

vis

vis *Chrysostomum*, idiomatis Græci non ignarum, (id quod nemo in dubium vocat,) benignius illud interpretari putet, fateri tamen cogitur, reprehendisse eum nihilominus Nemrodum, *tanquam naturæ privilegiis abutentem, regnum in reliquos mortales occupantem, & novum servitutis genus invehentem*; quin & culpam in cæteris ædificatoribus *Chrysostomum* agnovisse aliquam, dicentibus, *faciamus nobis civitatem & Turrim*, cùm non sibi, sed Deo facere debuissent, illud etiam, *& celebremus Nomen nostrum*, nescio quid vanitatis & κενοδοξίας redolere. *Addit de suo*, hanc ultimam esse vestem, quæ vix etiam à sapientibus exuatur, homines doctissimos prodidisse; ac proindè non Chamo solùm ac Nemrode, sed etiam Noemo, Semo, aliisque sanctissimis aurei seculi Patriarchis, citra gravem culpam obrepere potuerit. *Pergit:* Neque verò ex inflictâ pœnâ rectè colligitur criminis magnitudo. Id postquâ variis è Sacrâ historiâ Exemplis probatum dare conatus est, liquidò videri posse scribit, *Deum frequenter in Virgâ filiorum servos suos visitare, & quidem gravissimis interdum, semper justissimis tamen pœnis, amicorum, suorum. noxas, hominum judicio levissimas expiare.* Quid si verò, ita ulterius scribit, ne peccaverunt

Homil. 30. in Genes.

runt quidem? *Abulensis* certè rem variis rationum momentis in utramque partem diligenter examinat, eòque tandem inclinat, ut nullum omninò peccatum admiserint. Neque enim peccatum est, *inquit*, altissimam excitare Turrim, nisi opus ex genere suo ἀδιάφορον pravâ conditorum intentione vitietur; quæ si ædificabatur eo fine, ut esset quasi specula, ut homines viis nondum stratis & munitis, quasi Pharus, in Urbem ab errore revocaret, ut hominibus à se dilabentibus esset communis originis monumentum, ut esset locus publici commercii; non video, quid huic operi vel minimam culpæ labeculam adspergat. *At enim videntur inanem aucupari gloriam.* Verùm honor humanus, nominis celebritas, famæ claritudo, perindè ac divitiæ, sita in lubrico, ut *Censorinus* loquitur, bona malave per se non sunt, sed τῶν μέσων, hoc est, bonorum malorumque media censentur. Quapropter hic adquirendi nominis adpetitus cùm naturâ suâ sit indifferens ac in bonorũ malorumve confinio positus, perindè bonus aut malus fuit, ut eorum animus, qui Turrim condiderunt. Qui si virtutem suam atque industriam non Deo, sed sibi ipsis ut putat Josephus, retulerunt acceptam, ut debitam Deo laudem detraherent, superbia,

bia, ne dicam Sacrilegium fuit. Si inanes cujuſdam Gloriolæ auras captabant, vanitas fuit. Si ornamentum vel reipublicæ commodum quærebant, potuit ad virtutem civilem ſive Politicam pertinere. Si antequam in diverſa terrarum ſpargerentur, volebant apud poſteros perpetuum priſtinæ conſanguinitatis & Concordiæ Monumentum extare, fuit opus inſigne Charitatis; ſic enim longè providebant ante, ut homines, cùm ſe ex uno Patre propagatos eſſe meminiſſent, mutuo Benevolentiæ nexu devincti tenerentur. *Quærit tandem, quid horum exiſtimari debeat probabiliſſimum?* Et poſt prolixè adductum *Auguſtini*, quem Magnum meritiſſimo ſuo dicit, teſtimonium, ita ſententiam dicit: Si placet, primos homines illos in tria partiamur genera, ut alii fuerint omnibus virtutum numeris abſoluti atque perfecti, v. c. *Noe, Semus, Japhet, Heber*; alii contemtores Dei & omnibus flagitiis ac ſceleribus inquinati, ut *Chamus, Canaan, Nemrod*, ſed tamen adhuc animi nequitiam integumentis & religione ſimulatâ velantes; alii tanquam in Virtutum & vitiorum confinio conſtituti, qui videlicet neq; per ſcelerum abrupta devoluti in impietatis barathro ſubſederant, nec ad divini timoris apicẽ pervenerãt. Horum

l. cit. cap. 10.

rum optimi quique Turris ædificatione publicum fraternæ charitatis monumentum posteris relinquere gestiebant, medii vel reipublicæ commodis vel inani Gloriæ serviebant, illi autem contemtores Dei superbâ impietate, ut *Augustinus* loquitur, & impiâ suâ superbiâ tumentes contra Deum insanam Turris adstructionem moliebantur, non ut in Cœlum adscenderent; non ut eorum, qui Diluvio perierunt, ulciscerentur interitum; non ut, si Deus alteram terrarum eluvionem immitteret, ipsi receptum haberent, quod *Josephus* somniat; sed ut Noemi diras & intentatam à Deo Chami posteris eluderent servitutem, arcemque Tyrannidi suæ compararent. Cùm enim Noemus Prophetiæ spiritû adflatus prædixisset, fore, *ut Chanaan servus servorum esset fratribus suis*, omnem Chami posteritatem eâdem devotione defigens; Nemrod Gigas q. cum Deo bellum gerens, non solùm destinatæ sibi servitutis jugo cervicem subducere conatus est, sed etiam, ut cum *Hieronymo* loquar, insuetam in populo tyrannidem primus arripuit, & vi, minus blanditiis, eloquentiâ, simulatione Justitiæ, omnibus denique malis artibus non tantum Chamitas, sed plurimos etiam à Semo & Japheto propagatos in suas illexit partes, novumque

que invexit genus ſervituris ; quo factum eſt, ut fortis venator, id eſt, interprete *Auguſtino*, animalium terrigenarum deceptor, oppreſſor, extinctor, & quidem coram Domino, id eſt non hominum opinione, ſed revera diceretur. Hæc omnia *Doctor Muſſipontanus* ; in cujus prolixiori diſcurſu quamvis varia occurrant, quæ ſeveriorem mereri videntur Cenſuram, ut quod *Auguſtini* de Civitate Dei inſtitutum non ita obſcurè ſuggillat, quaſi coactius aliquanto hujus Babelicæ Turris ædificatores ad amplificationem ejus indicandamque Civitatis mundi differentiam adduxiſſet; item quod de ſanctis aurei, quod ad Poetarum & Scriptorum gentilium imitationem vocat, ſeculi Patriarchis ſuſpicari non erubeſcit, eis etiam, neque Chamo ſolùm & Nemrodo, ſimilem cum iis vanitatem, qualem è *Chryſoſtomi* mente dictis ædificatoribus adſcribit, & quidem citra gravem culpam obrepere potuiſſe; porrò, quod ex inflictâ pœnâ non rectè criminis magnitudinem colligi ſtatuit, qui, ſi de caſtigatione paternâ, quibus non rarò Deus fidelium ſuorum fidem & patientiam, exemplo inprimis Jobi, Examini ut videtur rigoroſo exponere ſoler, locutus fuiſſet, poſſet hæc mẽs ejus ſenſu ſaniori admitti, nullo autem mo-

do admittenda: dum ad præsens institutum adcomodat, exemplis nec quidquam huc facientibus, quæ ex sacris suo numero adlegantur; aliis præter hæc non attentis, illud inter cætera dignum est observatu, etiamsi Author hic occupari in defendendis hisce ædificatoribus ab enormiori aliquo crimine voluerit, authoritate præprimis *Tostati* fretus, eum tamen negare non potuisse, fuisse ad minimum inter eos, qui Nemrodi sequentes ductum *contemtores Dei, omnibusq; flagitiis ac sceleribus inquinatos*, utut hanc animi sui nequitiam & perversitatem aliquibus integumentis & religionis aliquâ simulatione studuerint velare, quæ verba descriptionem *Atheorum* Davidicam cõtinere nemo negabit, qui classici illius ex Psalmo post decimum quarto oraculi notã emphasin accuratius expendet. Digna iterùm visa fuit supremo Numini Antitheistica hæc & Atheistica, si verum fateri velimus, insolentia & proprii, non divini Nominis fama apud posteros insigni hoc opere comparanda, quæ singulari pœnâ eâque gravissimâ omnibus Divinum Nomen suo posthabentibus & inanis gloriæ non sine detrimento divinæ studiosis in exemplum & dehortationem seriam castigaretur, non inultâ tanti facinoris audaciâ ma-

manente, utut tam ſeverè puniti, & linguis terriſque hinc indè diſperſi àque ſe invicem diviſi, cauſam tam rigoroſæ caſtigationis non ita attendiſſe videantur, ut par erat & juſtum, cultu idololatrico per eos in univerſum orbem tum habitabilem & habitatum longè latèque cum maximâ iterum Divini Numinis & Nominis injuriâ propagato, adeò ut ex Chami & Japheti familiis ad Semitas quoq;, inter quos per aliquod tempus & Ebræa tanquam patriæ linguæ & ſincerus DEI Trinunius cultus fuit conſervatus, tandem contagio in annos latius atque latius ſerpente pervenerit, ipſeq; *Abrahamus*, tam inſigniter poſtmodum ab ipſo Deo ob Fidei præcellentiam laudatus Patriarcha, cum Parentibus & fratribus ſuis ad Deorum alienorum cultum, & per eum ad ipſum quoque *Atheiſmum* ſeductus fuerit, id quod Moſis in ſtatu regiminis apud populum Iſrael Succeſſor *Joſua*, poſt quinque demum Secula paulò ante obitum poſteris Eorum in memoriam revocaſſe legitur, *Coſmâ Magaliano* ſequentia ad hoc Monitorium obſervante: *Dum ait, Ebræorum parentes ſerviiſſe Diis alienis, caruiſſe eos ſignificat duplici rectæ cognitionis & Fidei ſinceræ fundamento, undè omnia honeſtæ Vitæ ducuntur officia; nempe Notitiâ illâ*

illâ præclarâ, quâ necesse est fateri Deum esse, & illâ præterea, quâ eundem humanis rebus consulere protestamur. Utrâvis præscripti hujus parte labefactatâ, quid boni operari possis? Quæ verba satis superque indicant, cum iis, quæ uberius ibidem exposita, & testimoniis Sacro-profanis illustrata leguntur, dictos Israelitarum genitores *Atheismi* scelere pollutos fuisse, eoque non ita subtili, sed satis crasso, Ignem videlicet, quæ communis ferè Eruditorum sententia est, pro Deo colentes, quod à Persis quoque postmodum fuisse observatum constat. *Abrahamum* quidem non planè nulli ob singulare Pietatis & Virtutum ejus æstimium hoc Idololatrarum & *Atheorum* numero eximere omnibus conantur viribus, quibus tamen citatus modo Commentator ad allegatum Josuæ testimonium sequentibus verbis obviam ivit: *Quod plerique magno conatu student Abrahamum ab hâc turpi & abjecta Patris sui & fratrum* (Idololatriâ) *Simulacrorum adoratione, vel saltem adorationis suspicione liberare, nescio, an magis id tueantur, quod volunt, quam quod sentiunt; hoc enim loco res ipsa haud obscurè proponitur. Vide, quæso, in quem scopum Josue intueatur. Hoc enim solùm agit, ut constet, gratuitò Israelitas pro DEI populo adoptatos,*

Vid. Voss. Theol. Gentil. libr. II. cap. 64. pag. 648. & seqq.

tos; neque gratis solùm, verum etiam, cùm hostes essent, eosq; honores, quos suo effectori DEO deberent, ad Deos transferrent alienos. Et post pauca: *A numero eorum, qui Simulacris servierunt, Abrahamum excipi volunt. Quasi verò non tanto sit illustrior DEI gratia, quâ illum est complexus, quanto ipse fuit minùs eo Beneficio dignus? Num frustra Divinæ Literæ pro admirabili Beneficio id totius commemorant, quod illum è Patria & Idololatrarum convictu Deus quasi manu arreptum extraxerit?* Plura ibidem extantiâ non addo, neque ea, quæ apud orthodoxos Interpretes de Abrahami Idololatriâ legi merentur; terque beatum prædicans quaterque *Abrahamum*, è tam periculoso Atheismi statu gratiosâ DEI vocatione & è patriis terris Idolorum cultu plenis evocatione liberatum, atque cum suis cultui DEI Trinunius addictum, quamvis continuò inter tales vivere eum oportuerit, de quibus non sine causâ suspicatus est, quod de civitate Gerar, ejusque sub regimine *Abimelechi* inquilinis cogitavit, nullum DEI timorem, Θεοσέβειαν, adeoque nullam DEI cognitionem ibi esse; qui metus sine dubio antehàc etiam ejus animum occupavit, ubi post primum è Patriâ iter propter annonæ caritatem è terrâ Canaan in Ægyptum ivit,

Aulæ Pharaonis proximior factus, cùm eâdem ibi, quâ Gerari, ratione Uxoris suæ castitatem à malorum & atheorum impetu tueri fuit conatus. Neque melior conditio aut sors fuit *Lothi* fratruelis, quem unà secum ex Ur Chaldæorum eduxerat, postquam ob Bonorum adfluentiam uno in loco consistere non poterant, singularem & propriam quisque regionem, in quâ constanter cum suis habitarent, quærere coacti, Lotho Civitatem *Sodom* sibi eligente, omnibus quidem bonis ad necessariam Vitæ sustentationem, quin etiam ad licitas & honestas voluptates refertissimam, at à pessimis hominibus, & quod ex omnibus circumstantiis manifestum est, *atheis* habitatam, utpote qui Spiritu S. indice dicuntur peccatores coram Domino, meod, σφόδρα, phrasi in Sacris nunquam non singularem exhibente emphasin; quorum peccata eò æstimari debent fuisse graviora, quod à justissimo malorum vindice DEo Belli mala & pericula experti, perq; *Abrahamum* restituti in integrum, adeò nullam DEO liberatori exhibuerint gratitudinem & vitæ emendationem, ut in dies & momenta potius atrociora ausi à malo non destiterint, donec extrema in eos decrevit severum Numen, Igne cœlitus demisso eos in nihilum

lum redigens, quos nulla alia ratio corrigere & in viam reducere potuit. Ex improviso quidem & accidenti factum potuit videri, quod *Lothus* in hâc præprimis Civitate voluit habitare, fixamq; habitationis sedem figere. At Divinâ dispositione id factum esse, indè potest constare, quia per Eum DEus omnium salutis cupidissimus *Sodomæ* incolas & vicinos ad salutiferam sui agnitionem & hinc etiam ad vitæ sceleratissimæ emendationem perducere laboravit, utut frustra. Nihil enim profuit vel profecit DEI Minister *Lothus* apud malos & in omni malo obduratos hos homines, ob contemtum Gratiæ hujus oblatæ, juxta Pauli oraculum ἀναπολογήτους & omni modo inexcusabiles, qui Doctoris sui seria ex DEI jussu monita non tantùm nunquam ad animum revocârunt, sed potius Eum *de die in diem*, id est, continuò & indesinenter, ἀνόμοις ἔργοις, id est, operibus contra DEum Ejusve sanctam Legem pugnantibus cruciârunt & tantùm non planè enecârunt, in summo gradu *athei*, Summique Numinis contemtores. Et quidem tam enormia fuerunt eorum flagitia, ut quasi per Proverbium *Sodomitica* postmodùm dicta fuerint peccata, quæcunque communia aliorũ scelera superare videbantur, ut ex sanctorum

ctorum Prophetarum Vaticiniis hinc indè conſtat. Aliqua in ſpecie memorat *Moſes*, ubi inſtantem eorum ruinam ejusve cauſas deſcribere intendit; ſed plura omittens tanquam ἄῤῥητα, quæque melius tacentur, quam cum circumſtantiis non ſine metu ſcandali apud infirmos deſcribuntur, etſi ſatis clarè expreſſa à Paulo *Atheiſmum* deſcribente gentilium, conſultum videlicet non ducentium, τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, quo quid amplius ad conſummatiſſimum deſiderari poſſit *Atheiſmum*, nullus video. Notari hic omninò debet, quod Sancti nominis Doctor ex Ebræorum traditione ad primum *Eſaiæ* caput obſervat, inter duas cauſas, ob quas *Eſaias* à Judæis interfectus ſit, hanc fuiſſe unam, *quod Principes Sodomorum & populum Gomorræ eos adpellaverit*, eo ipſo indicare volentibus, nullo graviori convitio, quàm hoc ſe adfici potuiſſe, Sodomitarumq; ſcelera à Deo tàm ſeverè & rigoroſè punita pro omnium maximis & quam-maximè deteſtandis non injuriâ agnoſcentibus, modò ſibi ab eorum imitatione magis caviſſent, infandam hanc denominationem ipſo facto meriti. Cur autem hos tam enormibus vitiis & ſceleribus alibi inauditis diffamatos Sodomitas *Atheis* accenſeam, ſi ex me quis ſcire velit, nul-

nullum aliud reſponſum i
quam probabile videri Vir
ſcandala non aliundè, quà
Deo Ejusve Providentiâ, u
de mortuorum, pravitate,
negatione *Atheos* commun
ſiſſe, de quâ cianus ſupr
initium ſecundi Drymar
Libri hunc in modum
Optimo hac pleros q ad-vo
dum exiſtimant, nulla DE
poſt mortem nihil eſſe ſu
nibus addicunt, & dum
hauriendis voluptatibus
per quas imprudentes in
currunt. Ignorant enim,
tio; quam ſic tenere vellen
ſuum agnoſcerent, Virtute
quærentur, terrenis ſigme
non ſubſternerent, morti
ſuperare non adpeterent, de
gua æſtimarent atque intel
in homine quàm videtur, cu
nemo aliter poſſe retineri
perennis ſint depoſitâ prav
Quo magis autem atheiſtic
datum vitia, ab *Atheiſmo* v
ſco ad practicum vergen
omnib ab omnibus Honeſtatis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [60] - 56
PUBLIC DOMAIN

nullum aliud responsum is à me expectet, quàm probabile videri Vitæ hæc in publico scandala non aliundè, quàm à doctrinæ de Deo Ejusve Providentiâ, ut & resurrectione mortuorum, pravitate, imò omnimodâ negatione *Atheis* communi originem duxisse, de quâ citatus suprà *Lactantius* sub initium secundi *Divinarum Institutionum* Libri hunc in modum notanter scripsit: *Opinio hæc plerosq; ad vitia compellit. Nam dum existimant, nulli DEO nos esse curæ, aut post mortem nihil esse futuros, totos se libidinibus addicunt, & dum licere sibi putant, hauriendis voluptatibus sitienter incumbũt; per quas imprudentes in laqueos mortis incurrunt. Ignorant enim, quæ sit hominis ratio; quam sic tenere vellent, imprimis Deum suum agnoscerent, Virtutem Justitiamq; sequerentur, terrenis figmentis animas suas non substernerent, mortiferas libidinum voluptates non adpeterent, denique seipsos magni æstimarent atque intelligerent, plus esse in homine quàm videtur, cujus vim conditionemq; nõ aliter posse retineri, nisi cultum veri parentis sui depositâ pravitate susceperint.* Quò magis autem atheistica hæc Sodomitarum vitia, ab *Atheismo* videlicet theoretico ad practicum vergentia, nunquam non ab omnibus Honestatis christianæ sectato-

ctatoribus abominabilia fuerunt æstimata, nulloq; modo inter eos, qui se Verum DEum colere profitentur, tolerabilia, & hinc gravissimè punienda, omnique ratione eliminanda, illud præprimis, quod singulariter & in specie sub *Sodomiæ* turpi elogio hodiè communiter venire solet; eò magis mirandum, ut de publico hujus nefandi sceleris Encomiaste, qui antecedens Seculum flammis digno carmine, suumque, in quo vixit ordinem, non parùm deturpavit, nunc non dicam, utpotè à non paucis hactenus rigorosè & secundum merita excepto, nunquam autem satis detestando, & indigno, cujus nomen & memoria ad posteros transeat; eò, inquam, magis mirandum, esse nihilo tamen minus inter hodiernos laxiores, ut vocant, Moralistas, qui de hoc Vitio omnibus, qui Honestatem amant, detestabili benigniorem defendere audeant opinionem. Graviter eam ob rem in *Caramuelem*, primarium hodiè Probabilitatum plerumque improbabilium Defensorem invehitur *Sinnichius*, audacter in Morali suâ Theologiâ scribentem: *Multa sexto Decalogi præcepto reperiri interdicta, quæ præcisa à præcepto non solùm dicerentur indifferentia, sed & bona.* Nec id solùm in genere, sed & in specie etiam de Mollitie statu-

Vid. post alios Voet. Tom. I. Dispp. Select. p. 204. & 205.

in Saule Ex-Rege lib. I. cap. 112. pag. 483.

ſtatuentem: *Si DEus eam non interdixiſſet, nunquam fore malam, ſæpè bonam, & aliquando ſub peccato mortali obligatoriam.* Quin id inſuper de eadem Mollitie, *Sodomia* & Beſtialitate effutientem: *Eſſe ea ejusdem ſpeciei infimæ*, hoc cum additamento, eſſe ſententiam hanc tam claram, ut contrarius videatur error in Philpſophiâ. Fateor, dùm hoc primùm in Theologiâ ejusdem Fundamentali repetita & contra non planè nullos Antagoniſtas ſatis acriter defenſa, oculis meis ſubjecta legi, vix eis fidem adhibui, magis autem hujus doctrinæ inſolentiam miratus, ubi ejus iteratam defenſionem in *Romana*, & quæ hanc proximè ſecuta eſt, *Lugdunenſi* Editionibus non ſolùm permiſſam, ſed & Privilegiis munitam, àque *Franciſco Verdæo*, Regio Canonum in Gymnaſio Neapolitano Profeſſore, contra Epiſcopum Placentinum, *Ludovicum Criſpinum à Borgia*, ulterius propugnatam vidi, nunquam fore antehàc exiſtimás, ut tam turpia & quam-maximè ſceleſta in publicam orbis Chriſtiani Lucem ſub moralium probabilitatum nomine, ut videtur, honeſto redirent, & à Viris Theologiam non gentilem, ſed chriſtianam docentibus, non ſine maximo fidelium & caſtarum aurium ſcandalo protruderentur, inq; publi-

publicâ Eccleſiæ facie, tanquam ſubtiliſſimæ ſingularitates contra antiquorum & magis moratorum Moraliſtarum modeſtiam defenderentur. Non potuit hinc non ſummis modis placere zelus *Sinnichii*, graviſſimè hãc *Caramuelis* Benignitatem nimis laxam perſtringentis & exagitantis. Multa ex Eo in Vindiciis *Antithomiſticis* nuper notavi, ea nunc addo, quæ contra minus benignã in præſenti negotio ſententiam & atheologicã verè opinionem obſervavit, ut hic legantur non indigna: *Cum hæc omnia, ſcribit, contra-naturalia peccata ſint* Caramueli *ejusdem infimæ ſpeciei, procul dubio cenſet, id quod de Mollitie ſignatè præmiſerat, in cæteris ſecundum ſpecificam ſuam naturam ſpectatis habere pariter locum; atq; adeò unum quodq; eorum, ſeclusâ Dei interdictione, nunquam forè malum, ſed ſæpè bonum, & aliquando ſub mortali peccato obligatorium. Speravit fortaſsis, non defuturum aliquando quempiam, qui imitando ſerpentem antiquũ dicturus foret de hiſce flagitiis, quod ille de lignis Paradiſi:* Cur præcepit nobis Deus, ne oblectaremus nos Mollitie, *Sodomiâ*, beſtialitate? Cur nobis invidit recreationes tam volupes, naturâ ſuà minimè malas, ſæpè etiam bonas, imò & neceſſarias? *Quem quidem expoſtulandi cum Deo modum propius adhuc ſuggerit* Caramuel, *cum ibidem comparat*

parat *Mollitiem, &c. cum esu pomi vetiti, dicens:* Esum pomi aliàs indifferentem primis hominibus interdixit Deus, quia voluit & potuit, utpotè rerũ universarũ creator & Dominus, seminis etiàm effusionẽ inhibet, non quod ipsa sit mala ante præceptũ, sed quod ipse sit Dominus, nos servi; ipse Creator, nos creaturæ; ipse competat præcipiẽdi authoritas, nobis obediendi gloria sit relicta. *Cum igitur primi Parentes edendo pomum peccaturi non fuissent, nisi Deus esum pomi non solùm prohibuisset, sed ipsam quoq; prohibitionem eis manifestasset; consectarium profectò est, eos omnes non peccare nec peccasse effundendo semen per Mollitiem,* &c. *Quibus Deus Legem suam ea flagitia vetantem non intimavit. Scriptum est autem de Deo,* quod annuntiârit Verbum suum Jacob, Justitias & Judicia sua Israel; *actum continuò subtextum est,* non fecit taliter omni nationi, & Judicia sua non manifestavit illis. *Igitur juxta* Caramuelis *sententiam, tametsi Israelitæ post intimatam sibi Legem Dei prædicta flagitia vetantem ea perpetrando peccassent; cæteræ tamen nationes,* quibus Judicia sua Deus non manifestavit, *nequaquam peccassent ea perpetrando, nec adhuc hodiè peccant, quotquot per ignorantiam positivæ Legis Dei eis adsvescunt. Generalis enim apud* Caramuelem *regula est,* omnẽ omninò actum huma- Psal. 147.

humanum esse licitum, qui non impingit evidenter in aliquam legem evidenter obligatoriam. *Atq; hinc est, quod, cùm ei propositum sit, viam cœli dilatare, imitando Dianam*, tollentem peccata mundi; *sedulò adlaboret, evidentiam Legum obfusis nebulis obscurare, ut eâ ratione queat earum obligationem excutere, tanquam jam non evidentem, sed utcunque latentem.* Pudet ac piget plura addere, cùm ex his evidenter satis pateat, quo hodiè modo per laxam hanc moralisandi rationem via ad quorumvis peccatorum licentiam, & hinc etiam ad ipsum *Atheismum* practicum sternatur, theoretico in antecessum non omisso, de quo in sequentibus occasione datâ agendum erit. Illud saltem non malè factum existimari debet, quod in illâ constitutione Papali bipartitâ, quam Pontifex proximè Antecessor contra varios Theologiæ minimè moralis articulos, ante biennium edidit, ultimæ Indicis librorum prohibitorum Editioni, & præterea *Auroræ pacis Volusianæ*, Tractatibus *Nicolai du Bois*, Theologi Lovanienſis, operi insuper nuper *del-Bene* de officio Inquisitionis insertam, inter alias laxiores sententias, hanc quoque, *Caramuelis* Sodomiticam & Atheisticam verè opinionem proscriptam & damnatam legere licet, utinam posthàc nunquam ex orco &

orbe

orbe Atheistico revocandam. Possent alia ex scandalosâ hâc hodiernorum illocalistarum doctrinâ circa præsens negotium in medium produci, ac temeritas quævis cum orbis Christiani scandalo innovandi pluribus exhiberi exemplis, eo præprimis, quo subtilissimus hodiè juxta commune Elogium inter Scholasticos & Moralistas *Vasquezius* scripsisse perhibetur, *peccata Luxuriæ contra naturam*, inter quæ Sodomia non infimum occupat locum, *etiamsi magis turpiâ adpareant, & majori notâ infamiæ digna sint, ex genere tamen suo minora esse peccata, quam peccatum furti*, v. g. *triginta regalium* &c. nisi de eo & contra id post *Amadæum Guimenium* nuper modò egisset novitius Stateristа & opinionum nimis benignarũ ponderator *Andreas de Mendo*, Theologiæ scholasticæ in Collegio Salmantino antehàc Professor, satiusque esset, de his aut nihil aut parcissimè, quàm prolixiº cum metu scandali infirmorum agere. Utinam autem, ô utinam, Atheismus hic Sodomiticus in terrribili illâ conflagratione penitus ita fuisset deletus, ut nihil quicquam exindè conqueri necessum haberemus mansisse super, cùm incestum filiarum Lothi ab ignibus illis accensum fuisse, planè dubitandum non sit, natis ex eo *Moabitis & Ammonitis*, hominibus nunquam non atheis,

in Statera Dissert. 5. Quæst. 23. pag. 157. & seqq.

theis,& divino cultui populoque Israelitico semper quam-maximè adversariis. Ut autem à Lotho ad Patruelem ejus *Abrahamum*, de quo anteà dicere cœpi, nunc redeam, vivere & is, ut jam monui, cum familiâ suâ coactus est non solùm inter atheos, Idolorũ videlicet cultores & salutiferâ Dei Trinunius cognitione,adeòque & vero Dei timore sinceroque Virtutum Deo placentium studio destitutos, sed & pati in propriâ suâ familiâ, quam tamen ipso teste Deo quam diligentissimè ad observandum Domini vias, faciendumque id, quod justum est & æquum, doctrinâ & exemplo incitavit, ab Atheismi nefando scelere non adeò procul remotum, utut posteà non uxoris solùm, sed & Dei jussu ob nõ occultam amplius,sed manifestam satis impietatem ædibus paternis expulsum. *Ismaelem* dico, Abrahamigenam quidem, & illustri nomine ab Angelo, sed simul etiam ob mores feros prænotatum, videlicet παίζοντα non solùm,quo indifferenti verbo græci Interpretes utuntur, id est, non innocenter & pueriliter ludentem, sed fratris Isaaci,quem divinæBenedictionis hæredem esse,vix ignorare potuit, nequissimum illusorem, & quod *Paulus* post duos ferè Annorum millenarios addidit, gravissimum persecutorem,

rem,

rem, & hinc *Atheismo* valdè propinquum, Muhammedanis hodiè insigniter laudatum & nimis quàm acceptum, utut si non improbabiliter adeò divinare licet, in senio conversum, utpotè in Patris *Abrahami* post fata justis Isaaco fratri ex debitâ Pietate junctum, &, quod credere par est, in fide Abrahamiticâ mortuum, adeòque cum Patre & Fratre æternæ Beatitudinis candidatum. Idem si non per omnia, per aliqua certè similiter dici posse de *Esavo*, Isaaci filio, Jacobi fratre, acta ejus non unius generis docent. Notanter de Eo & fratre Jacobo scribit Augustinus: *Tanta in eorum vitâ moribusq; fuerunt diversa, tanta in actibus eorum disparitas, tanta in amore Parentum dissimilitudo, ut etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distantia.* De Esavo ut tribus tantum, quod ajunt, verbis agam, non planè nulla neque exigua Atheismi in animo latentis dedit documenta. *Primum* fuit, venditio primogenituræ, quantæolim nobilitatis & excellentiæ! pretio tam levis edulii, de quo *Novarinus* hæc observavit: *Gulæ tactus rabie Esavus primogenita vendidit, ut lenticularum edulium sibi compararet. Itane tàm fatuus, ut tàm magnam rem, & illo tempore tanti factam, pro re tantillâ mutaret? An decipere fratrem studuit? Nec*

Galat. 4. Vip. Hackspan. Exerc. de Cabbalâ, num 11. Hotting. Histor. Orient. lib. 1. cap. 3. pag. 38. & 39.

lib. 5. de Civit. Dei cap. 4.

conf. Hackspo. Miscell. S. lib. 2. cap. 9. num. 11. p. 274.

mora inquit scitus Author, *pacto inter fratres cibi pretio, absumtis epulis, incipit Esau irridere Jacobi simplicitati, credentis, se beneficio cibi obtenturum, quod ipsa negaverat natura, sed interim irridere qui fratrem voluit, omnium se irrisioni exposuit.* Et posta liqua: *Primogenita vendidit Esau pro vili lente. Sed quod mireris, cùm dolore corripi deberet ad tantam jacturam, contemsit, ut ait Scriptura divina, quod primogenita vendidisset. Sed pende, id fecisse Esau, cùm vile edulium edidisset. Post cibi ingurgitationem,* inquit nobilis Author, *abiit Esau, parvipendens, quod primogenita vendidisset.* Quod ponderans Targum Hierosolymitanum inquit: *Abiit & contemsit Esau primogenituram, & flocci pendit partem futuri seculi, negavitq; resurrectionem mortuorum.* Quid quid autem de eo sit, sive ex contemtu primogenituræ, tam illustris olim privilegii, sive ex fraude & fallaci animo cum fratre simplicitatis Deo gratæ studioso egerit Esavus, utrobique *Atheismi*, ejusdemque non adeò subtilis erit reus, nimirum, vel contemtor Benedictionis à primogenituræ privilegio per divinam dispositionem provenientis, vel ad Ismaelis exemplum nefarius simplicitatis fraternæ illusor & empecta, nullibi non Atheismo proximus. Accedit

secun-

secundum, quo à fratre emti à se privilegii jam participe circa benedictionis paternæ adquisitionem, non sine cœlesti nutu, expiæ Matris divinitùs præmonitæ instituto præventus, àque Patre grandævo de sententiâ factæ Benedictionis irrevocabili informatus, nihilo tamen minus confirmatum à Deo decretum omnibus modis irritum facere laboravit, fratricidium ad imitationem Caini animo agitans, quod pro Atheismi fructu nemo non unà mecum agnoscet, præprimis si *tertium* ejus documentum insuper addatur, dum non anteá solum ipsi naturæ legi vim inferens contra Parentum voluntatem binas duxit Uxores, multùm amaritudinis animo eorum per cultũ Idolorum & malos indè mores offerendo, sed &, ubi fratrem Jacobum ad ædes maternas missum habuit compertum, eâ de causâ, ne matrimonio Canaanitis jungeretur, tertiam addidit, Parentibus suis datâ operâ contrarius & ut quam ægerrimè ipsis faceret, fastidiumque fastidio adderet, legis divinæ de honorandis parentibus & colendo per honorem Parentibus debitum Deo nequissimus prævaricator, homo verè profanus, & quod ipsi turpe Elogium à Paulo tribuitur, βέβηλος, id est, si vocis hujus emphasin à Græcis V. T. expositoribus non u-

Ebr. 12.

no loco obſervatam attendamus, verè *Atheus*, quamvis, quod de Iſmaele ſperandum eſſe dixi, in ætate ſenili forſitàn ad Deum patrium ſeriâ pœnitentiâ converſus, fratri nimirum poſt ejus ex Meſopotamiâ reditum redunitus & in ſepeliendo Patre comes, ab infidelitate idololatricâ, cui exemplo conjugum ſine dubio, & hinc atheiſticis ſceleribus fuit contaminatus, ad Fidem ſalvificam, cui ex Patris inſtitutione à teneris addictus erat, poſtliminiò reverſus, pieque mortuus, id quod contra eos in ſpecie notandum, qui Eum abſoluto DEI decreto ab æterno reprobatum, indeque flammis perennicremis adjudicatum, utut omni Scripturæ S. indicio & ſufficienti teſtimonio deſtituti, defendere hodienùm conantur. Videbor forſitan, *Theophile* Eruditiſſime, in Biblicâ Atheorum recenſione ultra debitum & plus juſto me diffundere, in que progreſsûs & incrementi eorum oſtenſione plus attendere *Atheos*, ut ita dicam, vitales & practicos, quàm doctrinales & theoreticos, ad quos tamen præprimis Te in *Scrutinio*, cui hoc Spicilegium addo, digitum intendiſſe videris, illis in eam occaſionem ſepoſitis, quâ de moribus in publicis ad ſimpliciores homiliis utplurimum agi ſolet. Neque diffiteri poſſum, rem ita ſe habere. Ve-

Vid. D. Dannh. Hodom. Tom. I. pag. 516. & ſeqq.

Verùm ſuperius jam me monuiſſe memini, àque Teipſo etiam fuit obſervatum, etſi *Atheiſmus* theoreticus & practicus longiſſimè à ſe invicem differant, non planè nunquam tamen imò plerumque eos ita convenire, ut unus alterum præſupponat, ut practicus theoreticum, vel etiam ſequatur, de quâ conjunctione triſtis teſtatur experientia, ut in dubium nullo vocari debeat aut poſſit modo. Idem in ſpecie de recenſitis hactenus è S. Codice *atheis* in deſcribendo eorum progreſſu & incremento dici poſſe & debere, ultrò mecum fatebitur, qui id ſingulariter ad animum revocabit, fuiſſe, quas ſuâ ſerie dixi *Atheos*, homines non privatos àque aliorum cœtu ſegreges, ſed certarum {& ampliſſimarum familiarum patres, proque illorum temporum ratione publicos Doctores, ſicut è contrario in Eccleſiâ & Civitate DEI ad propagandam DEI Trinunius ſalutiferam cognitionem inter ſuos familiares fuerunt ſancti Patriarchæ, utpotè quorum ſtudio & in tradendâ de DEO legitimoque ejus cultu doctrinâ diligentiæ Sathanas omnium *Atheorum* pater & inſtitutor nullo non tempore alios oppoſuit, Antitheiſmi per nefandum Idolorum cultum, & provenientia exindè immaniſſima varii generis & ſpeciei ſcelera,

ipsius etiam *Atheismi* doctores, ut porrò patebit. Redeundo enim ad lineam, *Jacobus* occurrit, Esavi quondam athei frater, ac piorum Patriarcharum, *Abrahami & Isaaci*, utplurimùm inter Atheos viventium, quin & Atheis non multum dissimiles inter familiæ suæ adsecias alentium, nepos & filius, paternæ & aviæ Pietatis, sed & improsperæ Eorum sortis, quasi ex asse hæres, vitam æquè ac illi inter Idolorum cultores, & si hic quoque Gentilitatis idololatricæ descriptori Paulo fidem adhibemus, atheos ducere coactus. Exul enim ob fratris minas ultimam spirantes internecionem, è domo patriâ ad Matruelem *Labanum* in Mesoporamiam delatus, de calcariâ, ut *Tertullianus* loqui amat, in carbonariam, vel ut Poëtæ loquuntur, vitans Charybdim in Scyllam incidit, id est, Idololatris tergum vertens, ad Idololatras pervenit, interque eos ad dictum Matruelem *Labanum*, Deastros familiares colentem, quos Filia Rahel postmodùm Patri in discessu clàm abstulit, *Teraphim* dictos, de quibus post *Seldenum*, qui cæteris glaciem fregit, *Dillherrus*, *Ursinus*, *Hottingerus*, *Munsius*, alii plures, ut de Commentatoribus nihil dicam, uberrimè egerũt, plerisq; in eo consentientibus, fuisse hæc *Teraphim* Idola, eaque domestica, pro

Dilherr. Disp. To II. pag. 345. Ursin. de Mosaic. Antiqui-

Diis

Diis Penatibus & domesticis Laribus culta, & quod ex aliis S. Scripturæ documentis constat, per quæ Sathanas ab hominibus quâcunque occasione oblata consultus, q. ex Tripode responsa dedit, eo ipso homines à vero DEI Trinunius cultu abducens, seque sub his Idolis ad colendum sistens, methodo quam proximè ad ipsum Atheismum ducente, ut mox ulterius constabit. Non enim hic silentio & sine censurâ prætermittere possum *Caramuelis* omnia pro Ingenii, quam sibi fingit, subtilitate innovandi pruriginem, hic quoque tentatam, dum de his *Teraphim*, contra omnium ferè consensum, statuere audet, *non fuisse Idola in Lege Decalogi prohibita, cùm Patrum*, quorum tamen ne unicum quidem nominare potuit, *sententiâ peccatum non sit colere* Teraphim, *sed transgredi, hoc est, nimium colere*; addens, *fuisse Teraphim creaturarum intellectualium* (hominum, Angelorum) *imagines, quibus, inquit, licitè honorem urbanum sive duliæ concederes, hunc transgredereris illicitè, si Latriam penderes.* Ne autem id sine Scripturâ duce videatur sentire, ad duo ejusdem testimonia provocat, in quibus hoc sensu Teraphim occurrere existimat, priore desumto ex *Judicum* historiâ, de quo in posterum suo agendum erit

tat. pag. 125. Hotting. Primit. Heidelb. p. 396. Muis. in Variis S. pag. 19.

Theol. Fund. Tom. III. pag. 341.

rit loco, posteriore verò ex tertio capite Vaticiniorum *Hoseæ*, ubi populo Israel à Prophetâ DEI jussu præsignificatur, fore eos per dies multos *sine Rege & Principe, sine Sacrificio & Altari, sine Ephod & Teraphim*, in cujus tamen loci Explicatione *Caramuelem* sibi non constare, manifestum erit, si attendamus, quæ præter alios versatissimus in his Literis *Arias Montanus* ad eum notavit, scribens: *Quoniam humanæ res sine consilio divino nec rectè administrantur, nec succedunt, Oracula olim necessaria fuêre. Hæc autem aut vera certaq; sunt, qualia, quæ à DEO Vero funduntur, aut incerta & vana qualia à Dæmone vel fundebantur, vel ab Ejus Ministris atq; Sacerdotibus fingebantur, quibus vulgus erroneam fidem habebat. Cùm igitur Israelitæ ad impium Sacrorum morem à vero Cultu transierint, divinandi etiam rationem & modum Gentibus consuetum observabant. Namque Hebræis ex Ephod, ex Urim & Thumim, vera & certa; gentibus verò ex certis ad certam temporis horã & Siderũ Astrorumq; conjunctionẽ aptatis Imaginibus atque Signis, ex Avibus, extis, ex Tripode, atque aliis ex rebus, vana & incerta petebantur Responsa. Utroque genere destituendos Israelitas Vates prædicit. Singulas autem species in singulis generibus tan-*

Conf. D. Quistorpius ad h.l.

tantùm dixit, consuetâ Autoribus dicendi figurâ usus. Atque ad hunc locum Judæorum res deveniſſe, eumq; hactenus tenere, certius eſt, quam ut probationem noſtram deſideret. Nam neq; Hieroſolymis, ſi qui ex eâ gente ibi degunt, Sacra patrio more faciunt, cùm Templum illud, in quo ſolo hæc exerceri fas erat, à Barbaris ſit occupatum, & Mahometano ritu frequentetur, (extra urbem verò Sacris operâ dare nefas illis eſt;) *neq; etiam profanis gentium cultibus & Sacrificiis vacant, quæ ab Evangelicæ propagationis tempore per totam ferè orbem obſoleverũt.* Prolixius hæc ideò fuêre adducta, quia oraculũ hoc propheticum difficilius aliquanto & obſcurius non planè nullis viſum egregiè illuſtrat, & ſententiæ *Caramuelis* ſuper eo fundatæ omnibus modis ſatis poteſt facere. Manet, Labanum *Teraphim* cultorem fuiſſe turpiſſimum idololatram, & quod exindè ſequi, ſæpius jam eſt indicatum, hominem *atheum*, non paucis ab Atheiſmo provenientibus nequitiis infamem; quocum dum Jacobus Dei Trinunius cultor devotus per integros viginti annos vivere, ſceleraque ejus & ſummas contra maximam in præſtandis ad familiæ bonum ſervitiis fidelitatem iniquitates, de *Atheiſmo* animum obſidente teſtimonium perhibentes, ferre

debuit, ne quidquam contra morosum hunc socerum suum mutire ausus, nemo non videt, quantis cum fastidiis hæc res fuerit conjuncta. Nullum quidem est dubium, quin piissimus gener in avocandis ab Idolorum cultu, adeòque etiam ab *Atheismo* hocidololatrico, adque veram veri Dei agnitionem perducendis Syris, nihil omninò à se desiderari passus fuerit; sed nihil aut per-parùm omni etiam conatu eum profeciſſe, tristis postmodum eventus docuit. Nam non tantum Laban cum suis idem mansit, qui anteà, nihil à se mutatus aut emendatus per Jacobi tam diuturnam eamque per omnia honestam conversationem; sed & inter eos, qui *Jacobo* in itinere & ad Patrem Isaacum reditu comites facti sunt, idolorum cultores fuisse, ut de allegato jam *Teraphim* furto per Rahelem facto nihil iniquius statuam, indè satis perspicitur, quod Dei mandato versus Bethelem moturus *Jacob* omnibus suis familiaribus præcepit, ut omnes alieni, id est, populi Deos & Deastros, cunctas imagines & idola, quæ ex Mesopotamiâ secum adhuc habebant, quibus etiam fortè aliqua ex direptione urbis *Sichem* accesserant, procul à se cum omnibus ad eorum cultum pertinentiis removerent, solique Deo devotos suo exem-

xemplo se cultores sisterent; ut nihil dicam, multum *Atheismi* & vitiorum satis grandium filiis Jacobi post eductionem eorum è terrâ Idololatricâ adhæsisse, primogenito inter eos Ruben incestûs crimine detestando, *Simeone & Levi* perfidè & truculenter cum Sichemitis, omnibus in universum, si id, quod res est, dici debeat, *atheisticè* & inhumaniter cum innocentissimo fratre *Josepho* agentibus, Patrique aliàs plusquàm satis adflicto & gravissima hactenus passo dolores & miserias non parùm augentibus & adgravantibus. Et quis non seriò doleat, si post navatam omnem operam suos nihilo tamen minus infandis iisque *atheisticis* criminibus pollutos videat, omni timore Dei vacuos, omnibusque etiam Naturæ legibus sine ullo respectu contraeuntes, quales Jacobi filios ad longum benè tempus fuisse, gesta eorum illaudabilia testantur? Ad se quidem, & ad Deum Patrum suorum per pœnitentiam eos à fratre Josepho & Patre Jacobo monitos rediisse, dubitare vix, sperare autem non adeò improbabiliter licet, si Patris *Jacobi* in agone constituti & Spiritu S. pleni Benedictiones super unumquemvis eorum fusas, eventu prospero non destitutas consideraverimus. Sed quid de liberis & successoribus eorũ in Ægypto multis

tis continuò annis, ut prædictum fuit, habitantibus judicandum sit, nova rerum series jam docebit. Etsi enim *Josephus* à Pharaone Vice Rex per Ægyptum constitutus nihil intermisisse putandus sit, quod ad eorum in doctrinâ cœlesti informationem pertinere non ignoravit, ab ipso Rege ad id animatus, quod divinus Psaltes testatur,

Psal. 105. παιδεύσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι, quâ ipse usus exoptatâ occasione, ut *Theodoretus* hic benè observat, εἰς Θεογνωσίαν eos deducere omni studio & conatu adlaboravit, utens οὐ λόγοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις, ut eos εἰς τὴν αὐτὴν Εὐσέβειαν pertraheret; eventus tamen labori non respondit, radice cultûs Idolalatrici & *Atheismi* exindè propullulantis altè nimis animo eorum infixâ. Imò, contrarium planè tempora ostenderunt sequentia, dum Ægyptii adeò per Israelitas, exhibitumque ab eis non in occulto, sed in loco, ubi habitaverunt, publicè Deo Trinuni cultum, ab *Atheismo* suo Idololatrico abduci non potuerunt, ut potius ipsos Israelitas, meliora à Patre & Fratre edoctos, ad turpem Apostasiam seduxerint, secumque unà detestandi hujus criminis Idololatriæ atheisticæ vel *Atheismi* idololatrici tandem participes fecerint, eadem cum Ægyptiis idola in Dei

Trin-

Trinunius contemtum adorantes. Id etsi Moses neque sub finem primi, neque sub initium secundi Historiarum à se scriptarum libri exprimat, brevitatis nimirum studiosus, & Epitomator potius, quàm verus Annalista; post multa tamen secula eis, vel eorum posteris ab *Ezechiele* Prophetâ exprobratum legimus, Deo contestante, quod adhuc in Ægypto commorantes seriò adhortatus fuerit, ut *unusquisq; offensiones oculorum suorum abjiciat, neq; in idolis Ægypti polluantur, ipsi verò Deum irritaverint, Eumq; audire noluerint*, &c. circa quam exprobrationem *Sanctius* sequentia hæc observavit: *Quemadmodum Judæi, dum extorres apud Babylonicos agerent, variis se idolorum superstitionibus polluerunt, quos Dominus per Prophetas & amicè admonuit, & severè deterruit; sic etiam cùm in Ægypto viverent, non dubium, quin Ægyptiorum idola more Ægyptio coluerint, quod docet hic non obscurè Propheta, neq; conjectura levis est. Nam si post tot prodigia, qualia proximè ante egressum spectârunt; post tot beneficia, qualia nunquam ullum genus hominum accepisset, Ægyptia tamen conflarunt idola, Vitulum nempe aureum, & illis venerabundi supplicârunt; quid feciſſe existimandum est, quo tempore propitios habuerunt Ægyptios,*

cap. 20.

conf. Jos. ult. §. 140.

ptios, neq; dum divinam in se Benevolentiam atq; largitatem tam illustrem agnoverant. Et post aliqua: *Perspicuè hinc efficitur, Ebræos, quo tempore vixerunt apud Ægyptios, illorum amplexos esse religionem, quando hic dicuntur non audiisse, illa nempè, quæ Deus toties commendârat, puta, ne Ægyptiis supplicarent aut sacrificarent idolis.* Et iterum post quædam, in quibus Ægyptiorum Deastros & idola ex Plinio & Juvenale describit: *Ex quo cuivis facile est intelligere, quantus fuerit populi illius stupor, quanta vesania, cùm divinis verbis sæpius admonitus spurcam religionem illam abjicere noluerit, imò Deum verum & universi Conditorem cum Scarabæo & Talpâ, imò cum Allio & Porro permutaverit.* En ipsam Atheismi descriptionem Paulinam, supra quoque exhibitam, Israelitis in Ægypto adhuc constitutis non consultum existimantibus τὸν Θεὸν ἔχειν ἐπιγνώστει, quam tamen ab antecessoribus Patriarchis Deo ob cultûs sinceritatem dilectis jure quasi hæreditario acceperant & cum lacte materno hauserant, ingratissimi tantæ bonitatis decoctores & turpissimi à Fide patriâ apostatæ, neque indigni, quos justissimus scelerum Vindex Deus variis in Ægypto interque seductores calamitatibus premeret, libidinique & tyrannidi hostium,

um, in quorum poteſtate erant, ex jure talionis permitteret, utut ipſi perſecutores nullo modo excuſandi ſint, modum & terminos divinitus conſtitutos multis modis non ſine *atheiſticâ* ſtatûs iniquiſſimi ratione excedentes, ut & hinc verum eſſe adpareat, quod ſano tamen & orthodoxo ſenſu in Theologorum ſcholis vulgatum eſt, Deum & peccata peccatis & peccatores peccatoribus punire. Graviter contra Deum, Benefactorem ſummum peccârant Iſraelitæ à vero ejus cultu diſcedentes, Idola Ægyptiorum venerati, graviſſima quævis à Juſtitiâ Dei, quem eo ipſo deſeruerant, facti hâc ratione athei, ſi ex jure cum ipſis agendum fuiſſet, meriti. Permiſit Deus eos duriter valdè ab Ægyptiis tractari, manum gratiæ ab eis ad tempus aliquod retrahens; ut agnoſcerent ſceleris immanitatem. Sed non minus peccârunt in ipsâ caſtigatione divinitûs permiſsâ Ægyptii, per quos tamen ad idololatricum hunc *Atheiſmum* ſeducti fuerant Iſraelitæ, undè & illi poſtmodum juſtitiæ divinæ rigorem experiri fuerunt coacti, contra ipſam Naturæ legem legisque authorem Deum in rigoroſo nimis contra Iſraelitas proceſſu, & ut dixi, ex *atheiſticâ* ſtatûs iniquiſſimi ratione, peccantes & agentes. Referuntur huc non immeritò, quæ

ſuis

ſuis cum circumſtantiis narrat *Moſes* antè, quam quæ ad ipſam eductionis ex Ægypto hiſtoriam pertinent deſcribat, videl. oblivio beneficiorum ingratiſſima, quæ antehàc Deus per Joſephum Ægypto tempore ſeptennii, quo Annonæ caritas totum occupavit cum viciniâ regnum, exhibuerat, non minimè certè æſtimandorum. Mixta fuit huic ingratæ oblivioni ſuſpicio omni carens fundamento, de infidelitate gentis Iſraeliticæ, ſi bellum ab externo hoſte ingrueret; & ex ſuſpicione natum de iis per vim & fraudem extirpandis conſilium, quod cùm unâ non ſucceſſiſſet viâ, mox aliud longèque crudelis ſucceſſit, quo mandatum fuit obſtetricibus ab Ægyptiorum non Rege, ſed Tyranno, ut quosvis Ebræorum maſculos ipſo ortûs ſui & nativitatis momento necarent. Et cùm obſtetrices timore Dei magis, quàm regis ductæ ab infando hoc ſcelere ſibi caverent, crudeliſſimum omnium, & quo nullum crudelius eſſe potuit, Decretum eſt ſecutum, ſanguine non atramento ſcriptum, vi cujus ipſi parentes tenebantur, at quonam animo? maſculos ſuos, heu immanitatem! noviter natos in Nilum projicere & ſuffocare, quæ omnia ex *Machiavelliſmo*, & qui ſub eo latet *Atheiſmo*, id eſt, ex depravatâ ſtatûs ratione ortum duxiſſe,

xiſſe, egregiè nonita priden
conſultorum Deus & ornat
regius in axiomatibus ſuis
tis. Addo; inter cætera, quæ
gius & graviſſimæ oppreſſi
non parùm promoviſſe
primi Senatûs conſulti e
gulari obſervatione men
litæ Ægyptiis ſudes qua
ſive φιλοτιμία, ſecundum
petum & B. *Lutheri* ſen
ad ea reſpiciamus, quæ
de Paſtorum pecuariorum
contemtu referuntur, ideò
biles videntur habuiſſe, q
malia tanquam Numina cu
verabantur, ab Iſraelitis no
exhibita cernebant, ut *Vare*
nonſtris Moſaicis poſt alios
notat, unus *Curæus* & a
Deorum aliam hujus odi
ſpicentur. Certè ſi prior
ſententia obtinet,
probabilitate non caret, pate
ter ab Ægyptiis tanquam *athe*
in animalium quaſi De
illis ſeparantes, ipſis tam
deos, Dei creatoris ſum
mortales & ſe ipſis nul

xisse, egregiè non ita pridem docuit Jurisconsultorum Deus & ornamentum *Reinkingius* in axiomatibus suis Biblico-politicis. Addo3 inter cætera, quæ persecutionis hujus & gravissimæ oppressionis insolentiam non parùm promovisse videri possunt, sub primi Senatûs consulti executione cum singulari observatione memorata, quod Israelitæ Ægyptiis sudes quasi in oculis fuerint βδέλυγμα, secundum Græcorum Interpretum & B *Lutheri* sententiam, quos, si ad ea respiciamus, quæ in Mosaicâ Genesi de Pastorum pecuariorum apud Ægyptios contemtu referuntur, ideò etiam abominabiles videntur habuisse, quod quæ illi animalia tanquam Numina cultu *atheistico* venerabantur, ab Israelitis non rarò in cibum adhibita cernebant, ut *Varenius* in Decadibus suis Mosaicis post alios ex *Salomone Jarichio* notat, utut *Curæus* & ad Ejus ductum *Bochartus* aliam hujus odii causam fuisse suspicentur. Certè si prior & communior hactenus sententia obtinet, quæ etiam suâ probabilitate non caret, patet indè, Israelitas ab Ægyptiis tanquam *atheos* fuisse habitos, in animalium quasi Deorum cultu se ab illis separantes, ipsis tamen intus & in cute *atheis*, Dei creatoris summi loco creaturas mortales & se ipsis multò ignobilio-

lib 2. Axiom. 145. pag. 312. & seqq.

cap. 46.

Dec. 12. loc. 1. pag. 558. Cum. lib. 1. cap. 5. Bochar. in Chanaan, lib. 1. cap. 4.

res cultu ad Unum, Verum Bonum Deum ſpectante venerantibus, quo in ipſum eumque craſſiſſimum ducti fuerunt *Atheiſmum*, quod nunc Pharao Rex-Tyrannus ſuo comprobabit exemplo, egregiam, ſcilicet! *Atheiſmi* confeſſionem publicè editurus. Poſteà enim quàm Moſes cum Aarone divino inſtructi mandato ejusdemq; nomine populi dimiſſionem ad Feſtum *Jehovæ* in Eremo celebrandum peteret, ſuperbè admodum reſpondit Pharao, vel interrogavit potius: *Quis eſt Dominus, ut vocem Ejus audiam, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum & Iſrael non dimittam.* Ad quod cyclopicum reſponſum *Rivetus* hæc ſcripſit: *An fuerit ille Rex planè* atheus, *dubitari poteſt, cùm profiteatur, ſe Jehovam non noſſe, imò ſarcaſticè inſultet. Sic multi judicant, nec puto certè, eum valdè religioſum fuiſſe. Attamen, non videtur fuiſſe ſine ullo etiã ficto Numine, cùm Ægyptii inter alias nationes habiti fuerint ſuperſtitioſiſſimi; ſed certũ eſt, veri Dei fuiſſe expertes, in quo non fuerunt excuſandi, quia, cùm nulla ſit natio, quæ inexcuſabilis non ſit, quòd verum Deum neq; agnoſcat neq; glorificet, Ægyptia maximè in culpa fuit, ut quæ habuerit Jacobum & filios ejus patriarchas, quorum doctrinâ & exemplo in veri Dei cognitione potuit proficere, ma-*

maximè cum Josephus negotiis regni præfectus verum Deum semper fuerit professus. Itaq; ignorantia Dei apud eos fuit & supina & pravæ dispositionis, maximè postquam admiranda ejus viderunt opera. Quamvis igitur non plane sine Deo ejusve cultu fuisse videatur Pharao, creatururum, suâ opinione Deorum adorator, inter eos tamen *atheos* meritissimo suo refertur, qui juxta Pauli oraculum nolunt τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, ad quam non unius ratione modi & medii ab ipso benignissimo Deo, sui cognitionem nulli omninò hominum per absolutam reprobationem invidente, invitantur, modò non gratiosæ huic invitationi opponerent *cyclopicum & epicureum Dei contemtum*, ut Chytræus noster hic optimè observat, addens, *multos cum Tyrannos & alios homines profanos, quanquam verbis non ita crassè soleant declarare, tamen assiduè in intimis pectorum penetralibus circumferre*, id quod illustri Regii Psaltis oraculo amplius postmodùm declarabitur, ubi ad ejus tempora in progressu *Atheismi* describendo erit ventum, meditationibus nostris adhuc circa Pharaonis & Ægyptiorum, inprimis Aulæ familiarium & Statistarum *atheisticas* contra populum Dei machinationes breviter porrò exponendas occupatis. Quia

enim Deum Iſraelis, Moſe internuntiò, audire & cognoſcere *Atheiſmo* idololatrico imbutus noluit, mirum videri non debet, ſi populum, ejus ex avitâ & patriâ Religione cultorem, omnibus modis premendum & adfligendum ſtatuit. Fatum id ſtrenuè, ſub illo etiam prætextu, quaſi Iſraelitæ Deo Feſtum in Eremo per Sacrificia celebraturi à labore, quo tantùm non planè oppreſſi fuerunt, liberare ſe tandem decreviſſent, jugum ſatis oneroſum & inpoſterum humeris intolerabile hâc ratione excuſſuri. Indè labores per ſummum nefas non tantùm continuati, ſed etiam duplicati, junctis per rigoroſos & iniquiſſimos exactores verberibus, ne videlicet ulla Calamitas ſola eſſet. Neque mitius actum fuiſſe cum eis inter plagas, non ſine miraculo divinitus immiſſas, quas decem vulgò numerare ſolent, credibile omninò eſt, animo Regis & Ægyptiorum magis magisque contra verum Iſraelis Deum ejusve cultores *obdurato* & exaſperato. A me vix impetrare poſſum, ut intactam planè hic relinquam eorum, ut ne quid gravius dicam, deteſtabilem imprudentiam, qui ipſi DEO ſumme bono, Summo verè Bono, omnis Bonitatis fonti, à quo ſolo omne bonum, & à quo non niſi bonum provenire poteſt, graviſſimo iridem

dem peccatorum osori, quin & justissimo eorum punitori, tanquam causæ hujus *atheisticæ* indurationis culpam ab absoluto aliquo & omnibus conditionibus vacuo decreto dependentem, non sine maximâ Sanctitatis ejus læsione imputare audent, adeoque, quod non solùm summè impium, sed & valdè absurdum, imò etiam contradictoriũ est, Deũ ipsius *atheismi* authorem dicere, qui nolit, ab omnibus in universum hominibus agnosci & coli, sed è contrario potius velit, ut à plerisque non agnoscatur & colatur. De quo Principum & Regum in hoc Seculo, qui laudem Justitiæ & Bonitatis non tantùm ambiat, sed verè habeat, sine læsæ Majestatis crimine dici potest aut in publico scribere licet, Eum nolle ab omnibus subditis pro Rege & Principe haberi, utpotè quorum maximam partem, etsi sine prævia culpâ, odio habeat, nullâ eos Gratiâ prosequens, sed potius omnes perire cupiens? Nemo, inquam, id dicere aut scribere audebit, nisi cum præsentissimo omnis suæ salutis temporariæ periculo. Et tamen esse inter christianos, qui de DEO, Regum Summo, Optimo & Maximo, non privatim, sed publicè id, per consequentias, non adeò procul accersitas vel illiquidas, statuere & docere audeant, quis est, qui hodiè

diè neſciat, quamvis optandum eſſet, ut nemini illud hactenus inter mortales innotuiſſet. Non deſunt quidem, qui ſummam ſibi injuriam fieri hujus graviſſimæ accuſationis capite in publico etiam conqueruntur, calumniam ſubindè ingeminantes nullo modo tolerandam. Sed ſi hypotheſes eorum intuearis, quas non in occulto, ſed manifeſtè ſatis fovent & acerrimè defendunt, nullam inferri injuriam, nihilque calumniarum intercedere, patebit. Ejurent eas ſeriò, neque tantum mitigare ſtudeant, & emollire, qui plerorumque labor eſt, & ceſſabunt graviores, quibus ultrò obnoxios ſe faciunt, de Deo peccati, & hinc etiam *Atheiſmi* authore accuſationes. Ad inſtitutum præſens ut redeam, adeò in- & obdurationis Pharaonicæ, à craſſiſſimo & conſummatiſſimo *Atheiſmo* profectæ, cauſa & culpa Deo tanquam minus in Pharaonem benigno imputari nequit, ut contrarium potius Hiſtorica ſeries pluribus cum circumſtantiis de inſigni & ſingulari favore Dei in eum teſtetur. Obſervavit illud egregiè Regii quondam nominis apud antiquorum orthodoxos Doctor & illuſtris divinæ Sanctitatis Vindex, in erudito & zeli pleno Sermone, quo contra ſui temporis atheos, *quod Deus non ſit author malorum;*

rum, hoc etiam exemplo demonſtravit, in rem hanc inter alia ita ſcribens: *Quando Pharaonem conteri erat opus, Sapiens animarum noſtrarum Rector usque adeò illum ſuſtinuit, ut clarum celebreq; omnibus exemplum eſſet, & aliis ob mala tolerata utilis redderetur, quando ipſe propter nimiam malitiam* ἀνίατος, *inſanabilis erat. Obduravit eum* τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ τῆς τιμωρίας ἀναβολῇ, id eſt, *longanimitate & pœnæ dilatione, ipſius intendens malum* (non culpæ, ſed pœnæ) *ut ad extremũ* ἀυξηθείσης ἀυτῷ τῆς πονηρίας *juſtius ſuper eum DEI judicium oſtenderetur. Idcircò plagas modicè quidem ab initio infligens ac paulatim adaugens,* ἀυτῷ τὸ ἀνυπότακτον, id eſt, *duritiem ejus minimè flexit, quin reperit eum & initio* τῆς ἀνοχῆς τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντα, *& illatas poſtmodùm pœnas ex conſuetudine tolerantem. Et ne ſic quidem morti illum tradidit, donec ipſe præcipitem ſeſe dedit, dum cordis arrogantiâ fretus iter Juſtorum ingredi eſt auſus, ac exiſtimavit, quemadmodum populo DEI, ſic & ſibi Mare rubrum permeabile fore.* Non potui non hæc breviter ad vindicandam DEI ſanctitatem, contra intolerandam planè Ejus accuſationem, adducere, ut quivis Lector veritatis ſtudioſus indè intelligat, quid de *Atheiſmi* Pharaonici causâ ad orthodoxæ Anti-

quitatis mentem ex Regulâ Fidei sit statuendum. Qui majores sitit crateres, aliundè satis desiderio facere potest, ubi præprimis post *Rungium* ex nostris *Franzii* opera hic nunquam satis laudari potest. Ego jam plus ultra in scrutando *Atheismi* progressum & non planè nullum inter Dei etiam cultores incrementum, bonâ cum tuâ & amici Lectoris veniâ, eo, *Spizeli*, DEO & omnibus bonis dilecte, utut invitus, imò invitissimus, in summis nimirum votis habens, ut per Pharaonis & totius Ægyptiaci exercitûs in mari rubro immersionem, omne *Atheismi* semen simul & semel fuisset suffocatum, nec quidquam de eo super adhuc esset inter mortales, ad minimum, ut DEI populus tot miraculis ad gratè agnoscendam ejus bonitatem excitatus à detestandâ hâc labe in posterum fuisset præservatus, Deum Benefactorem sunm interrupto nunquam ordine debitâ pietate constanter colens, præprimis cùm post latam & in Monte Sinaitico solenniter inter fulgura & horrenda tonitrua publicatam ex ipso DEI ore Legem Decalogicam sanctè Deo Legislatori ejusve Internuncio Mosi ad promtam ejus observationem cultumq; soli DEO debitum nunquam non exhibendum se obligaverit. At sicut paulò ante cum

in de Interp. scriptur. Orac. 24. conf. D. VValth. Spong. Mosaic. p. 683. D Dorsc. Vindic. AntiBellarmin. Dissert. 10. pag. m. 214. & seqq.

cum adhuc in Ægypto constitutum *Atheismo* hoc idololatrico corruptum vidimus, ita semina ejus Ægypto extulisse, tristis Experientia postmodum testata est. De murmure non uno, ad *Atheismum* non impertinenter referendo, jam non dicam, quo vel ob defectum Panis, vel Aquæ, DEO eductori & benignissimo liberatori suo se contrarios & impatientes stiterunt, utpotè quod ex singulari longanimitate non pœnis ex debito castigavit, sed Beneficiis miraculosè etiam exhibitis non semel sedavit, hâcque ratione eos magis magisque ad gratam paterni favoris sui agnitionem invitare voluit. Illud certè omni excusatione majus est crimen, quo *Mose* ad tempus aliquod absente, Legum videl. & ceremonialium & forensium tenorem ex ore DEI Legislatoris excipiente, *Aarone* Summo Sacerdote non contradicente, sed potius consentiente, & quod omnium & maximum, cooperante, Vitulum ab eo fabricatum pro Deo eductore suo, vel quod solùm pro aliquali emollitione superesse videtur, Deum in vitulo, cultu ad imitationem Ægyptiorum idololatrico, & si ad hypothesin semel susceptam loqui licet, verè *atheistico*, & DEO quam-maximè adverso, coluerunt & adorârunt. Quidquid enim præter

antiquos quosdam Doctores, mitius de Aarone judicantes, *Moncæjus*, ausu antehàc inaudito, ad purgandum hoc facinus, aliaque huic similia, detortis in eam rem Scripturæ testimoniis, conatus est, minus omninò videtur, quam ut omnibus aliis circumstantias facti accuratius, ut par est, considerantibus satis ullo modo possit facere, id quod ex ex Antimacho ejus, *Visorio*, celebri Sorboniſtâ, additâ Epicrisi suâ multis ostendit *Rivetus*, hic omninò legendus. Sceleris hujus *atheistici* magnitudinem & immanitatem multis post seculis exprobratam posteris eorum non multò melio-
Psal. 106. ribus stitit Regius Psaltes, addens, quod eo ipso ostenderint, DEI & cunctorum ab Eo beneficiorum se immemores esse factos, quod crassissimum *Atheismi* documentum fuisse, nemo non videt. Notavit idem gravi censurâ inter primos Ecclesiæ post-Apostolicæ Doctor ter Tullio eloquentior *Tertullianus*, Judæis suo tempore viventibus in tristem memoriam revocans, notanter ita
Adverſ. Judæos oper. pag. m. 118. scribendo: *Israel, qui DEO fuerat cognitus, quique ab Eo in Ægypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagus transvectus est, quique in Eremo annis quadraginta, & instar æternitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus, aut Seculi hujus cibis pastus, sed Ange-*

Angelorum panibus mannâ cibatus, ſatisq; Beneficiis DEO obligatus, Domini & DEI ſui oblitus eſt, ad Aaronem dicens: Fac nobis Deos, &c. Neque minus graviter Eloquentiæ lacteo flumine celebris Arnobii Diſcipulus: *Pro Beneficiis honorem Deo non reddiderunt, ſed depulsâ jam ſervitute, jam ſiti fameq; depoſitâ, in luxuriam prolapſi, ad profanos Ægyptiorum ritus animum transtulerunt. Cùm enim Moſes Dux eorum adſcendiſſet in montem, atque ibi quadraginta diebus moraretur, aureum caput Bovis, quem vocant Apin, quod eos* (Barthius ex ductu ſcripturæ veteris emaculandum retur, *quo Deus*) *ſigno præcederet, figurârunt.* Alias aliorum invectivas gratæ brevitatis causâ prætermitto, ut & ea, quæ Judæorum Rabbini de peccati hujus *atheiſtici* granditate, vel probabiliter, vel pro more etiam fabulosè in medium protulerunt, uno hoc jam contentus, quod ex Moſe *Gerundenſi* communiter allegari ſolet, *Non eſſe Iſraeli ultionem*, id eſt, nullam hodienùm Judæis horum vituli cultorum poſteris à DEO obvenire plagam, *in quâ non ſit uncia de iniquitate vituli*, parsque aliqua illius pœnæ, quam illo grandi peccato meriti fuerant. Agnoſcant, ô utinam agnoſcant ſeriò, nondum ſero nimis, quicunque Abra-

libr. IV. Inſtit. divin. cap. 10.

ad Claud. p. 142.

vid. Hotting. Primit. Heidelb. p. 401.

Abrahamigenas se etiamnùm jactitant; agnoscant, inquam, utut serò, serió tamen, avos & patres suos graviter per cultum hunc verè atheisticum peccasse,& quod adhuc est super,ab illo detestabili *antitheismo*, quo unigenitum Dei Filium, Messiam ab æternâ & gratiosâ destinatione catholicum infandis adficere solent blasphemiis, desistant, Deumque Patrem in Filio, Filiumque in & cum Patre,ex *Mosaicis*, *Davidicis* & cæterorum Prophetarum oraculis, quæ nocturnâ se diurnâque manu versari gloriantur, sepositò velamine non *Mosis*, sed propriæ in suam suorumque perniciem contumaciæ,tandem aliquando,antequam serò nimis erit, seriò agnoscere & venerari discant, sintque nomine & omine,non carne solùm sed & spiritu *Judæi* populus per gratam reversionem Deo dilectus, promissionumque Patribus olim factarum æternæque Beatitudinis ex asse hæredes. Sed in viam,cui post hanc digressiunculam redditi, dum præcedentia ab *Atheismo* scelera tam severè â Vindice Deo castigata legimus, non immerito miramur, fuisse in populo,qui exemplis tam rigorosæ punitionis non deterriti, si non eadem, non multùm dissimilia tamen, neque minus gravia ausi fuerunt patrare scelera, *Antitheistæ* nefarii,

Deo

Deo se tot documentis suam exhibenti præsentiam & gratiosam & pro nominis sui vindicatione gravissimam opponentes, verè *athei*, omnis & favoris & rigoris divini per summum nefas obliti, adeòque horrendis etiam castigationibus non rarò puniti, omnibusque talia vel olim videntibus, vel hodienùm legentibus audientibusque ad sollicitam cautionem exempli loco propositi. Fuit, quod proximè consideravimus, certo respectu generale, maximam videlicet populi partem attinens, eòque magis Deum, de cujus cultu agebatur, exacerbans. Sequetur nunc unum & alterum speciale, quo *Atheismum*, utut non semper ita crassum & consummatum, Dei populum nunquam planè & in totum deseruisse, manifestè demonstrabitur. De Igne Sacrificiali expresè Deus præcepit, quâ ratione, illud perpetuò conservari debeat, ne novo aliquo et peregrino Igne opus esset. Lex hæc divina non obscura adeò præprimis *Aaronem* ejusve filios & in sacrificiali opere Collegas Sacerdotes & Levitas respiciebat, quibus hæc cura de fovendo hoc Igne fuit imposita; neque ullo alio Igne quis ex ordine sacrificantium coram Deo comparere debebat, Deo ignem cœlitus in solenni Aaronis ad summum Sacerdotii honorem inaugu-

auguratione demissum ad id destinante, Recens erat & præcepti hujus & Ignis miraculosè de Cœlo demissi & in facie populi holocaustum in Altari consumentis memoria, ut nemini in mentem venire posset, fore, ut quisquam in posterum unquam, multò minus uno vel altero post die, Legi huic tam illustri Miraculo confirmatæ contraniti, & non dico contradicere, sed etiam per apertissimum *Antitheismum*, quin & latentem sub eo *Atheismum* agere sit ausurus, ex eo cum primis ordine, domo & familiâ, ubi omnia non nisi compositissimè ad Legis divinæ normam de jure agi debebant & tractari. Et inventi tamen sunt ex filiorum *Aaronis*, summi Sacerdotis, numero, *Nadab & Abihu*, qui spreto hoc præcepto recenter dato, præter omne fas, contra officii sui debitum, πῦρ ἀλλότριον, id est, Ignem peregrinum & minimè Sacrum, Domino offerre ausi fuerunt, quod Deus non præceperat, quin potius fortiter prohibuerat. *Rabbinorum* varias de hoc peccato sententias, *Abarbenelis* in specie opinionem, quinque alia in hoc facto peccata notantis, recensuit non ita pridem *Buxtorfius*, liberum Lectori relinquens de iis judicium, sibi verò improbabile videri agnoscens, *Ignem cœlestem & miraculosum adpositis li-*

Ibid. Glaß. Phil. S. p. 583. Edit. novißß.

Exercit. poster. p. 254. seqq. conf. ibid. pag. 238. & seqq.

gnis

gnis alendum & conservandum, deq; eo perpetuò sumendum fuisse ad adolendum & consumendas oblationes, per quinque distinctas rationes, quas fortè D. *Franzio* nostrati oppositas voluit, an sufficienter illud, quod intendit, probantes, eidem studioso Lectori liberum esto, utut alii ex reformatis Doctoribus non desint, quibus consultius videtur tritis hactenus vestigiis insistere, quàm de novitate suspectam calcare viam. Quid christiani Doctores de *atheistico* hoc facto statuerint, ex eorum in Pentateuchum Mosaicum Commentariis colligere licet. Mihi nunc *Cypriani* placet adplicatio, in *de Ecclesiæ unitate* tractatu ita scribentis: *Filii Aaron, qui imposuerunt Altari ignem alienum, quem non præceperat Dominus, in conspectu statim Domini vindicantis extincti sunt; quos imitantur scilicet, atq; sectantur, qui traditione DEI contemtâ alienas doctrinas adpetunt, & Magisteria humanæ institutionis inducunt.* Audiant hæc & benè notent, quibuscunque hodiè non sine maximo Reichristianæ publicæ detrimento Ignem doctrinæ & cultûs peregrinum DEO non solùm offerre, sed & aliis DEI ad normam voluntatis in Verbo revelatæ cultoribus vi obtrudere placet, non nisi *Antitheismum* hâc ratione ipsissimum quin imò *Atheismum*

vid. Cloppenb. in Scholâ Sacrific. p. 63. & Cregut. rebel. arcan. p. 753. & seqq.

mum in orbe Christiano propagantibus. Consumsit justissimo talionis jure ignis divini furoris hos igne peregrino instructos Sacerdotes, adhuc in exemplum & horrorem lucentes. Non dispar pœna manet & expectat omnes eos, quoscunque delectat DEO Ejusve Verbo more *atheistico* se opponere, aliosque secum in *Atheismum* deducere. Non satis autem fuit, esse inter Israelitas Ægypto per Mosen DEO præstite eductos, & quidem inter eorum nobiliores, qui privilegio singulari ad cultum DEO præstandum atque Sacrificia suo ordine exhibenda destinati & gratiosè electi fuerant, quibus *Atheismi* inter idololatras sine vitio grassantis semina inhærere tristis postmodum eventus docuit; sed insuperq; quoque ex impari mulieris Israeliticæ cum homine Ægyptio, conversio, quod indubium videtur, ad religionem Israeliticam, matrimonio detestandus nominis divini, id est, ipsius *Jehovæ* blasphemator, & quid ni *atheus?* nasci & accedere debuit, inter exortas cum aliquo quodam Israelitâ rixas divino & Sacro-sancto Nomine nefandum in modum abutens. Ut enim, quod *Ludovicus de Dieu* ex Paraphrasi chaldaicâ *Jonathanis* & tractatu Sanhedrim, & *Hugo Grotius* ex Græcorum præterea interpretum

suffra-

ſuffragio, de ſolâ nominis *Jehovæ*, quod vulgò ἀνεκφώνητον dicunt, pronunciatione intelligi volunt, locum hic habeat, minus probabile videtur, ſi ad ea reſpicias, quæ alii magno numero Authores non contemnendi de licitâ ejus nunc & olim pronunciatione prolixiſſimè adduxerunt, inter quos *Seldenus* optimè & rotundè: *Celatam prorſus antiquioribus ſeculis & datâ ſemper operâ abſconditam ejus pronunciationem dicere, eſt Rabbinorum nugis nimiùm indulgere.* Et ut paucis multa comprehendam, ſi olim & nunc licitum fuit nomen hoc Dei ſcribere, quod neminem hactenus in dubium vocaſſe, multò minus negaſſe memini; cur non æquè licitum ſit illud legere, cùm manus & oculi, quàm labia & aures, majore vix gaudeant ſanctitate aut privilegio? Quod autem attinet *atheiſticũ* blaſphematorem illum, mandato DEI ſanctiſſimum Nomen & Majeſtatem ſuam vindicantis ab Iſraelitis lapidatum, hæc de eo notavit *Pelargus* adhuc noſter: *Tametſi crimen illud diſertè definiri non poßit, vero tamen eſt ſimile, Ægygtium iſtùm avitam paternamque impietatem redolentem, cum maledicto & execramento DEI Nomen nequiter traduxiſſe, eoque inter diras & convitia temerè abuſum fuiſſe.* Oportet certè inſolitam & graviſſi-

Bid. Coch. ad tit. Sanh. p. 61.

de Diis Syris, Synt. II. cap. 1. p. m. 208.

Bid. Caloß. Theol. Nat. & rebel. p. 236. & 237.

vissimam fuisse blasphemiam, quæ aliter quam morte, eâque pertristi, non potuit expiari, DEO exemplum statuente, ne quis se in posterum impunè laturum existimet, si per nefandum *Atheismum* Sacro-sancti nominis sui honorem proscindere ausus fuerit. Nullus Regum Principumq; mortalium facilè concedit nomen suum à quoquam subditorum in abusum trahi, multò minus per calumniam traduci; & qui hic quidquam commiserit, crimen Majestatis læsæ eum incurrere certum est, graviterque puniri. An putandum est, Regum Regem Principumq; Principē ullo concessurū modo, ut nomen suū, nomen verè supra omne nomen ἀκοινώνητον & prorsus incommunicabile, nomen quo nullum sanctius est & sublimius, quoque DEus ipse Majestatem suam mortalibus cognoscendam revelavit, nomen Jehovæ, Θεὸς, DEI, propriè nulli creaturæ, fictitiisque Deastris tribuendum, id est, Majestas sua quâcunque etiam ratione ab hominibus blasphemetur, eidemque ulla inferatur injuria, sine gravissimâ ultione? Caveant sibi ab hoc *antitheismo*, & qui indè sequitur *atheismo*, quicunque Numinis hujus justissimum furorem experiri non desiderant. Sed, non quidem de virtute in virtutem, verùm, quæ instituti

Vid. Chrysost. Homil. 26. ad popul. Antioch. & Senec. Epist. 65.

ſtituti præſentis eſt ratio, de vitio ad vitium, utut invitiſſimis, porrò eundum eſt. Multis hactenus documentis Deus authoritatem Moſis publicè ſtabiliverat, non pauca per ejus manum miracula populo exhibens, idque eum in finem, ut quæ porrò per eum patraturus erat, eò majori cum adplauſu populi fierent, utpotè qui ſanctè antehac promiſerat, nihil quoad promtè obediendum voci ejus unquam iri deſideratum, id quod fas erat & juſtum. Sed ut de Vulgo inconſtantiori & difficultatum eremiticarum impatientiſſimo, ſæpius contra Deum, Ejusve Legatum Moſen murmurante, ac *Atheiſmi* in corde latitantis ſpecimina ſæpius recurrentia edente, ob id etiam non ſemel à Deo graviſſimè punito, ne in molem juſto majorem Diſſertatio hæc Epiſtolaris excreſcat, nunc non dicam; in ipsâ etiam Moſis familiâ non defuerunt, qui onus aliàs ſatis grave adhuc oneroſius & gravius ipſi facere laborârunt, authoritatem divinitùs, ut dixi, confirmatam hactenus pluribus miraculis, in dubium vocantes, partem Regiminis ſibi etiam arrogando, non ſine nullâ ad minimum *Antitheiſmi ſuſpectione*, Frater nimirum & Soror Moſis, *Aaron & Maria*, à quibus nil minus, quàm inſanum hoc ac ſummè imprudens

ausum expectari poterat & debebat, utpote honoris, quo Frater Moses Dei gratiâ gaudebat, unà participibus, *Aarone* insuper ad summum evecto Sacerdotium, idque in posteros hæreditarium, *Mariâ* etiam in numerũ Prophetissarum, latiori significatu, receptâ, quod utrinque pro insigni favore divinitùs concesso æstimari debuit. Et tamen hoc non obstante contineri non potuerunt, quò minus terminos Gratiæ, quâ præ aliis fruebantur, inexcusabili arrogantiâ transgrederentur, majora ambiendo non tam Fratri, quàm ipsi Deo, cujus nutu regimen obtinebat, se opponentes & conatu per omnia indebito contranitentes, Antitheistæ ad minimum, ut dixi, si non Athei etiam. Dum enim sub prætextu uxoris, quam Moses habebat, *Æthiopissæ*, adeoque etiam alienigenæ, secum iniquius agi judicârunt, utpote à parte regiminis, quod hactenus penes solum Mosen fuit, exclusis, ipsum Deum non obliquè nec adeò indirectè injustitiæ accusârũt, quasi Mosis personam plus, quam se respiceret, qui tamen respectu Uxoris alienigenæ hoc honore indignus videbatur; nemo non videt, quam propè per Justitiæ DEI in dubium vocatæ stultam, ut Aaron fatetur impugnationem ad *Atheismum* inclinaverint, ob id etiam non immeritò gra-

graviter castigati, non oretenùs solùm, DEO etiam Gratiæ suæ præsentiam, quam in Nube super Tabernaculum excubante solebat exhibere, in Irâ subtrahente, & quod insuper accessit, Mariâ Sorore Mosis in pœnam lepræ morbo affectâ, obq; eam ex Lege castris exesse jussâ, populo etiam ea inter subsistente. *Origenem* si hic audiamus, ea circa Historiæ hujus recensionem & ex more adplicationem proponit, quæ de hujus facti *Atheismo* dubitare nos non sinunt. Ita autem scribit: *Mariam dicimus formam habuisse plebis prioris; Mosen, id est, Legem Domini transisse ad connubium Æthiopissæ hujus, quæ ex gentibus congregata est. Hanc ergò Moses, id est, Lex spiritalis accepit uxorem; & pro hoc facto Maria, quæ nunc Synagoga est, indignatur & detrahit unà cum Aaron, cum Sacerdotibus scilicet & Pharisæis. Derogat ergò usque in hodiernum Mosi nobiscum posito plebs illa, & turpe ei videtur, quia Circumcisionem carnis non docet apud nos, nec observationem Sabbathi, nec Neomeniæ, nec Sacrificia Sanguinis; sed Circumcisionem cordis, & peccandi otium, diesq; Festos in azymis Sinceritatis & Veritatis, & Sacrificia Laudis, & non jam pecudum, sed vitiorum cædi victimas monet.* Sequentia non addo, cum ex his satis superque possit con-

constare, qualem *Origenes* Atheismum ob murmurantibus hisce contra Mosen & Deum adscripserit, nisi quis hodiè Judæos, sicut ab Idololatriâ, ita etiam ab *Atheismo* in totum velit absolvere, de quo postmodum fortè aliquid ex occasione adjungetur. Missum nunc facio par hoc aliàs non ignobile Fratris & Sororis, & hujus quidē ex debito à Justitiæ suæ Vindice Deo, & satis castigatæ, post castigationē verò ad Mosis intercessionē in gratiā receptæ. Succedunt alii plures, qui se in Theatro hoc *Anti & atheistico* spectandos præbent, nihil planè post plura Furoris divini in impios documenta, & in specie post recens hoc exemplum, cautiores facti, sed potius magis magisque insolentiores. Proximè attigerat jam populus in longinquo per Eremum itinere terminos promissæ dudum Patribus terræ Canaan, scopum videlicet admirandæ ex Ægypto eductionis. Consultum fuit visum præmittere selectos ex singulis tribubus Exploratores, qui post oculatam inspectionem cæteros omnes de terræ illius statu & conditione accuratius informarent; neque id consilium vel Mosi, vel etiam DEO displicuit, quin potius adprobatum & sine longiori morâ effectui datum fuit. Nemo erat ex omnibus, qui adversi quidquam indè ori-

orituram expectabat vel timebat, cunctis sine dubio adplaudentibus, & contribulibus suis fausta quævis adprecantibus. Et quis in re communi adprobatâ consensu Cœlique calculo confirmatâ non ad votum omnia sibi promitteret? Sed præter omnium bonorum spem & expectationem evenisse, ut in contrarium omnia iverint, meritò dolendum est. Is enim *Antitheismus*, & ut ingenuè fatear, visus mihi semper ipse *Atheismus*, quem Ægypto secum tulerant, multis in Itinere Eremitico exemplis manifestatum, hic etiam occultari non potuit; quin potius iterùm perruptis omnibus repagulis ita erupit, ut ferè nunquam antehàc magis, si facti circumstantias ritè ponderemus, ipsis Exploratoribus, quamvis non omnibus, maximum huic rei detestandæ momentum adferentibus. Ortum certè ex impari relatione totius fetè populi Murmur, destinatusque alio super se constituendo duce reditus in Ægyptum, ex quo benignâ & miraculosâ DEI manu per Mosen educti fuerant, accedens insuper contra Mosen & Aaronem, Josuam quoq; & Calebum, graviter eos à propositi malitiâ dehortantes, furor ad internecionem eorum proximus, quæ non nisi pro *Anti & Atheismi* fructibus haberi debent aut possunt,

adeò DEUM, contra cujus Sanctitatem præprimis hæc omnia agitabantur, irritaverunt, ut, nisi Moses iteratâ plurimumque apud DEUM valente intercessione avertisset, peremtoriâ peste istis moriendum fuisset, quanquam neque sic eis omninò parcitum sit, Deo graviter minante, fore, ut omnes, non omnis in universum populus, sed limitatè omnes, qui visis in Ægypto & Eremo miraculis, demonstratâq; per eorum singularitatem Majestate suâ, diversis decem tentationibus obnoxios se fecerant, voci suæ minus promtè obediendo, sed multimodè se opponendo, nominatim & in specie omnes, qui ipsâ hâc occasione incondito murmure Deo se rebelles et nominis sui blasphematores exhibuerant, à possessione terræ Canaan excluſi, in Eremo vitam cum morte commutarent, miserè nec uno perituri modo, antitheistæ omninò & verè *athei* si qui aliàs & unquam sub Sole fuerunt, id quod ipsis *Paulus* quoque suo adhuc tempore graviter exprobravit. Etsi autem serias hasce DEI minas ad animum vocando valdè tristes facti fuerint Israelitæ, hactenus jam aliquoties DEI iram in se provocantes; salutarem tamen hanc non fuisse tristitiam, videl. non ex sensu peccati ejusdemque magnitu

Vid. D. Quistorp. ad Num. 14.

1. Cor. 10.

gnitudinis, sed potius ex metu pœnæ ortam, indè patet, quod altero statim die sine DEI mandato, imò contra severam Mosis dehortationem comminationis divinæ in totum obliti, corde obdurato & planè insensati terram Canaan adire & vi armatâ occupare, fortissimi nimirum Heroes, qui paulò ante timidissimi lepores erant, decreverunt, ab Amalekitis & Cainitis, DEO id permittente & populum semper refractarium deserente, maximâ cum clade repulsi. Novum hoc erat exemplum, quod eos in posterum facere debebat magis attentos, mandatorum que DEI tam severi punitoris observantiores. Sed ne sic quidem ab hâc *Anti & atheismi* labe, cujus pœnas sæpius dare & pati fuerunt coacti, se præservârunt, ut non iteratâ vice reatum ejus incurrerent. Videbatur in nupero murmure post exploratorum reditum exorto tribus *Levi* minimè immixta, adeòque nec pœnæ, cujùs minas per Mosen Deus significavit, sicut cæteri plerique in populo, obnoxia, id quod non sine aliquâ laude de eâ etiam in historiâ Moscholatriæ memoratur. At si sequens exemplum intueamur, non mixtos solùm ex eâ *Anti- & atheisticæ* videbimus turbæ, sed & primipilarem quendam, ejus quasi antecessorem & præpositum. Non adeò

multum temporis fuit præterlapsum, ex quo Deus authoritatem Ministri sui pluribus miraculis in officio confirmati Mosis, à Mariâ sorore & Aarone fratre non parcè ex opinione suâ labefactatam insigni documento stabilivit; *Aaroni* non sine causâ singulari parcens, Mariâ severè castigata, videlicet, quod *Theodoretus* hic benè notavit, *propter pontificiam dignitatem*, quia nimirum Dei instituto radix erat Sacerdotum, ne si pœnæ similitudo ipsum quoque attigisset, officii, quod gerebat, respectus alicui apud populum opprobrio hâc ratione expositus fuisset. Nemo potuit aut debuit hanc DEI conniventiam Sacerdoti summo invidere, utpote eò intentam, ut sacro huic ordini & officio debitus apud cunctos honor & reverentia conservaretur. Verùm neque Mosen neque Aaronem invidia cæterorum quietos in officio & authoritate divinitùs concessâ inter ordinarii laboris onus & molestias vivere permiserunt, *Anti-& atheismo* non inter Politici solùm, sed & Ecclesiastici ordinis homines regnante, quin imò his illorum, quæ Sathanæ, omnium atheorum patris, malitia est, antecessoribus. Hinc *Korahus*, è tribu Levi, cæteris hujus turbæ contra *Mosen & Aaronem*, hunc in Ecclesiasticis, illum in Politicis

ticis ſuperiorem refractariæ anteſignanis, *Dathano & Abiramo*, è tribu Ruben, quaſi dux eorum & ſignifer præponitur, & quem probabile videtur cæteros ad *Anti- & atheiſticum* hoc nefas ſuo exemplo primùm animaſſe, ita, ut ipſe Aaroni ſummitatem Sacerdotii, illi verò, tanquam ex eâ tribu oriundi, quæ inter cæteras omnes jure primogenituræ gauderet, *Moſi* ſum̃um regimen in dubium vocarent, adſcitis ab utrâque parte in ſceleris deteſtandi conſortium aliis non ſine numero Viris magni inter ſuos nominis, & qui fortè antehâc laudabilis famæ fuerant, ut *Luthero* noſtro viſum fuiſſe ex verſione ejus conſtat. Maximum omninò hoc omnium antecedentium graveque, & hinc non niſi ſummè diſplicens Deo harum ordinationum authori facinus fuit, ac tam rigorosè punitum, qualiter nullum ferè vel ante vel poſt hæc tempora, ut nimirum cæteri omnes in poſterũ cautius mercari diſcerent, furorem Iræ divinæ hoc etiam ſingulari exemplo docti, id quod optimè iterum obſervavit *Cyprianus* in citato anteà *de Eccleſiæ unitate* tractatu ita ſcribens: *Qui ſibi contra Moſen & Aaron Sacerdotem ſacrificandi licentiam vendicare conati ſunt, pœnas ſtatim proſuis conatibus penderunt,* (Alii Codices ad marginẽ habent, *recepe-*

runt

rũt) Terra comapgib⁹ ruptis in profundũ patuit ſinum, ſtantes atq; viventes recedentis ſoli hiatus abſorbuit. Nec tantùm eos, qui authores fuerunt, DEI indignantis ira percuſſit, ſed & cæteros ducentos quinquaginta participes ejusdem furoris & comites, qui coagulati cum iisdem ſimul ad audaciam fuerant, exiens à Domino ignis properatâ ultione conſumſit; admonens ſcil. & oſtendens, contra Deum fieri, quidquid improbi fuerint addeſtruendam ejus ordinationem humanâ voluntate conati. Juſtum erat & æquum, ut fratrum tam triſti interitu moniti, qui propriis hæc oculis menteque attonitâ viderunt, Deum Ejusque miniſtros majori obſervationis cultu reſpicere ſolliciti eſſent, ni eodem modo à DEO puniri perireque vellent, ſi eorum veſtigia minus laudabilia premere pergerent; quos ad inferos ante, quàm in ſe ipſos deſcendiſſe, aut ad Deum per Pœnitentiæ ſinceritatem rediiſſe, à quo nequiter deſciverant inſolentes *athei*, ex ipſis pœnæ circumſtantiis non improbabiliter conjicere poterant. Sed tantum abeſt, ut hoc rigore divino emolliti & mitiores facti fuerint, ut poti⁹ altero poſt die animos ſuos contra *Moſen & Aaronem*, tanquã populi interfectores, magis exacerbaverint, DEO iterum juſtiſſimæ hujus caſtigationis

authore

authore & Miniſtrorum ſuorum vindice ad novam caſtigationem provocato, quæ omnes fortaſsè in furore ardentis iræ conſumſiſſet, niſi ad Moſis mandatum Aaron Sacerdos ſummus, inter vivos & mortuos medius, interceſſione ſuâ ſacerdotali eâque quam-maximè seriâ, impetum ejus ſtitiſſet, manumq; Dei graviſſimè percutientis ſuffitu reconciliatorio avertiſſet, typicè eo ipſo præfigurans maximum Sacerdotem Chriſtum. Ne autem porrò ſimile huic contra Aaronem inprimis *atheiſticum* murmur in populo oriretur, adeòq; ſine ullo reconciliationis medio omnibus tandem pereundum eſſet, ſingulari miraculo Deus, Aaronem cum ſuis & totâ tribu Leviticâ ſuo conſecrans Miniſterio, virgam ejus præ omnibus aliis cæterarum tribuum virgis florere fecit, authoritatem ejus & poſterorum in officio Sacerdotali hâc etiam ratione confirmans, dũ eam in Tabernaculo conſtanter adſervari voluit in ſignum divinæ Voluntatis ſuæ, ne videlicet quiſquam in poſterum *atheiſtico* more ei ſe opponere auderet. Quamvis autem nondum omne à populo murmur ceſſaverit, ſed porrò quoque iteratis non ſemel vicibus, cauſisq; non unis recurrerit, graviſſimè etiam à Deo caſtigatum, ut in ſpecie ſerpentum ignitorum & mor- *Sid. Sap. 18.*

& morsu venenatorum immissione; dudum tamen, fateor, jam tædet, ingrata hæc & *atheistica* populi murmura porrò audire. Addam nunc tantum superpondii loco, quod *Cyrillus Alexandrinus* circa eadem, ultimamque eorum per ignitos serpentes punitionem notavit, simile non parum observationi, quam paulò ante ex *Origine* audivimus: *Si Scripta Mosaica mente revolvamus, paternam veluti quandam Judæorum hæreditatem esse comperiemus, de optimis quibusque & præstantissimis murmurare. Verùm, cùm illis olim, tũ his nunc malè ostenditur cessisse. Murmurabant illi in deserto, & ingrati animi voces,* καὶ Θεῦ, id est, *adversus Deum jactabant; sed à Serpentibus perierunt, ut alicubi quoque sapiens Paulus testatus est. Murmurant etiam hi contrà Christum,* καὶ Χριστοῦ, *& Legislatori atque Redemtori,* μακροῖς ἀπιστείας, id est, *longâ incredulitate contumeliam inferunt; sed mandabit Draconi & mordebit eos, ut scriptum est, & omnivoræ Belluæ dapes adponentur.* En Atheismum Judaicæ gentis, quæ hodienùm vivit, comparatæ cum Patribus olim viventibus, à quibus malum hoc jure q. hæreditario eam accepisse, cum *Origene* non impertinenter statuit *Cyrillus* verè ἀλεξανδρικὸς. Sed, ut dixi, tædio adfectus, murmurantibus

lib IV. in Johan. Tom. 4. pag. m. 142.

bus hiſce contra Deum Benefactorem ſuum atheis *immiſceri* ulterius nolo, accuratiori delectu ad eos in poſterũ *atheos* ex Inſtituti ratione animum vocaturus, qui ad theoreticam magis pertinere videbuntur conſiderationem, quamvis utplurimum ex ipsâ quidem praxi eliciendam. Ad eam dum me paro, ſtatim non invitatus occurrit famoſus ille ſuo tempore & poſt etiam Prophetaſter *Bileamus*, non à Moſe tantùm, ſed & à Prophetis & Apoſtolis in utroque Teſtamento, nullibi autem cum aliquâ laude deſcriptus, Propheta quidem, ſed Diaboli, non DEI, niſi periodicus tantùm, utpote cujus linguâ in benedictione populi & Vaticinio de Meſſiâ ad aliquod temporis ſpatium Deus, quæ *Iſidori Peluſiotæ* criſis obſervari meretur, καλλιχρήσαλο, non uſus, ſed abuſus eſt, eodem in modum, *quo gratiâ quidem ſuâ Caiphæ linguam, non ejus mentem tetigit.* Equidem, id quod etiam D. *Chytræus* noſter monet, vera de Deo Iſraelis doctrina ei non ignota fuiſſe videtur. Verùm cùm defuerit ei conſtans & ſincera pietas, amore lucri, ſpe honorum ac Aulæ illecebris corruptus, contra Conſcientiam populo Iſrael maledicere & nocere non adeò impromtus fuit, quod annon ex aliquâ *Atheiſmi* ſpecie, eaque non adeò ſubtili & indi-

lib. II. Epiſt. 370.

conf. D. König. Vindic. S. p. 369. & ſeqq.

indirectâ profectum sit, videant, qui de his & talibus judicare valent, accurati gestorum censores. Certè eruditus *Historiæ Philosophicæ* Scriptor eum sine omni ambage *Magum* dicit, sensu non indifferenti, sed qui singularem secum fert infamiam, comparans eum cum *Zoroastre*, Magorum olim & Matæosophorum, adde insuper *Atheorum* nominatissimo, subjunctâ singularis cujusdam observationis conjecturâ, ab hoc *Bileamo*, tanquam à suo doctore Magistro dictas videri Lamias sive *Bileamias*. Non præter rem est, sed præ aliis meritò in considerationem venit, quod atheo huic Vati & Mago ad *Balacum* Regem Moabitarum ituro per asinam quoque propositi sui malitiam insigni miraculo Deus ob oculos & aures proposuerit, si vera sunt, quæ in *Targum Hierosolymitano* leguntur, hic etiam quæ legantur non indigna, Asinâ Bileamum post minas & nonnulla in eam maledicta hunc in modum eum adloquente: *Væ tibi Balaam impie, Scientiæ expers, & in quo nulla reperitur Sapientia. Ecce, ego sum immunda bestia, moritura in hoc seculo, neque ad futurũ perventura. Non potuisti tamẽ mihi maledicere per doctrinæ tuæ sapientiam. Quantò minus filiis Abrahami, Isaaci & Jacobi, in quorum gratiam mundus ab initio*

lib. 2. cap. 6. pag. 79. & 80.

Bid. Bochart de Anim. Bibl. lib. 2. cap. 14. pag. 194.

tio creatus est. Et quomodo tu vadis ad maledicendum illi populo, cujus scientiam suffuratus es? Quorsum pertinent, quæ ex *Salomone Jarchio* & alio quodam Rabbino ad verba Bileami Asinæ internecionem minantis citantur: *Valdè absurdum hoc fuit, si dixit coram Principibus Moab*, qui nimirum in itinere comites fuerunt. *Ibat, ut ore suo gentem integram perderet, & armis opus habuit ad Asinam hanc interimendam. Similis est Medico, qui venerat, verbis suis curaturus demorsum à Serpentibus, & viso in viâ Stellione uno baculum cœpit quærere, ut eum interficeret. Et dixerunt, cùm Stellionem hunc verbo non possis è medio tollere, quomodo venisti, ut eum verbo sanares, qui morsus est à Serpentibus? Ita dixit Asina Bileamo: Tu me non potes occidere, nisi sit gladius in manu tua? quomodo igitur extirpare vis gentem integram?* Hæc, ut dixi, non præter rem omninò adducenda duxi, ut *Atheismus* Magi hujus ab ipsâ Asinâ castigatus eò manifestior esset, utpote de quâ *S. Petrus* longè post testatus est, quod prohibuerit, vel Angelo instigante prohibere pro viribus intenderit hujus falsi Prophetæ παραφρονίαν, habentis à bestiâ aliàs muta ἔλεγξιν τῆς ἰδίας παρανομίας, amantis nimirum μισθὸν ἀδικίας, quæ Eum tanquam hominem

II. Epist. 2. conf. D. Gerh. ad h. l.

verè *atheum* in extremâ æternamq; deduxit perniciem, gladio videlicet interfectum, inq; peccatis mortuũ cum iis, à quorum cõsiliis in detrimentum publicæ rei Israelitarum fuerat. In eo enim, ut cætera taceam, κατ' ἐξοχὴν se *Atheum* demonstravit, quod, dum apertè ad Balaci Regis nutum populo Israel malè non est ausus dicere, à Deo nimirum severè prohibitus, detestandum contra eum suppeditaverit consilium, in effectum non sine multâ populi clade datum, ob quod ipsum postea in *Apocalypsi Johannæâ* pessimè audivit, in comparationem cum turpissimis hæreticorum *Nicolaitis* adductus. Si quis ipsius consilii atheistici tenorem cognoscere desiderat, en, ex *Philonis Judæi* primo de Vitâ Mosis libro expressum: *Sciebat Ebræus per solum Legum contemtum expugnabiles, tentatos malo impotenti libidinis; ideò voluptate inescatos conatus est ad gravissimum scelus impietatis pertrahere. Sunt*, inquit, ad Balacum videlicet, *in tuo Regno Mulieres formosissimæ, nec aliâ re vir facilius capitur, quàm mulieris eximiâ specie. Harum pulcherrimas si permiseris ob quæstum sua vulgare corpora, hoc hamo capietur juventus hostium. Sed præmonendæ sunt, ne statim faciant sui copiam rogantibus; nam hæc fucata tergiversatio magis*

cap. II.

oper. pag. m. 501. Confer. Hotting. Smegm. Orient. p. 444. & seqq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [118] - 114
PUBLIC DOMAIN

magis incitabit, atque accendet cupidinem. Atque ita obtorto collo pertracti a suismet concupiscentiis, nihil non vel patientur vel facient. Sic adfectum amatorem ubi viderit captatrix fœmina, superbè loquatur: Non est fas habere me tecum voluptatis consuetudinem, nisi abjurato ritu patrio eadem mecum Numina colas; nec antè credam te mutatum, quàm videam non ahorrere à nostris Sacris & libationibus, quæ in delubris peragimus. Tum ille miser captus his cassibus conditionem accipiet, & repulsâ ratione monitrice faciet imperata addictus in servitutem cupidini. Dictum heu! & factum. Tam benè enim placuit hoc consilium Regi Balaco ejusve Aulicis ac omnibus subditis, tamque prosperè ex parte eorum successit, ut non potuisset felicius, nimirum ad tempus, quo Deus illud gravissimè est ultus, ipse etiam *Bileamo* hujus consilii authore, ut jam dixi, cum cæteris miserè peremto. Non enim corporalis tantùm, sed & spiritualis fornicationis reatum hâc ratione incurrerunt Israelitæ, facti Idololatræ & Deastri, qui *Baal-Peor* dicebatur, turpissimi juxta non nullorum sententiam Priapi cultores nefarii, à vero Israelis DEO Apostatæ & in summo gradu *Athei*, si Paulinam *Atheismi* descriptionem supra iteratis vicibus

bus exhibitam & hic validam esse patimur; eoque detestabiliores, quò majori turpitudine cultum hujus Deastri peractum monent, qui hæc Sacra minimè sacra uberius descripserunt, *Seldenus*, *Voßius*, *Hottingerus*, locis non semel hactenus citatis, omninò legendi, sed castis auribus vel oculis, imò potiùs castâ mente & animo, nullum alium in finem, quàm ut hujus *Atheismi* insignis & omnem modum excedens nequitia, Sathanæque omnium *Atheorum* patris contra Deum omnis Sanctitatis & Castitatis authorem furor eò magis cognoscatur. Adeò autem *atheistica* hæc populi sui per *Bileamum* consultorem pessimum seducti idololatria Deo displicuit, ut reconciliari noluerit, nisi sumto de primariis, & qui aliis exemplo fuerant, per suspensionem eorum supplicio, pluribusque aliis ad viginti quatuor millia per fratres suos interfectis, *Pinehaso*, summi Sacerdotis Eleazari filio, heroicum inter hoc facinus edente, dum par meretricium in ipso fornicationis actu zelo plenus hastâ interfecit, insigni à DEO laude ob id ac honorificâ Benedictione mactatus, de constanti hæreditate sacerdotii in domo suâ semper perennaturâ promissionem quasi fœdere pacto accipiens. Atque sic denuò purgatus est DEI populus, à detestanda hac

Atheis-

Atheismi labe, quâ non semel hactenus Sanctitatem statûs sui, in quo DEI Benignitate vixerant, turpiter maculârunt, sæpius meriti, ut dum recurrente toties *Atheismo*, quem vocare superius placuit activum, à DEO secesserant, fœderi, quod cum Eo inierant, contra jus omne & æquum renuntiantes, passivo etiam subjicerentur, àque DEO jure talionis deserti, inque hostium manus, à quorum Deastris seduci se fuerant passi, traditi, omnibusque malis ceu peccatorum pœnis obnoxii, nunquam posthàc amplius in gratiam reciperentur, in perpetuum à DEI facie rejecti. Sed quod post pœnarum immissionem ad preces Mosis & Aaronis non unà tantum vice ad se ingratiam redire eos passus est, paternæ id fuit benignitatis & misericordiæ, quam omninò gratos agnoscere oportuit, eoque in posterum majori sinceritate & constantiâ ab omni specie *Atheismi* quam diligentissimè sibi cavere, Deumque solum ex debito & præscripto colere. Equidem post gravissimam hanc seductionem ad cultum Baalitico Peoricum verè *atheisticum* non meminit sacer codex ullius peccati gravioris, nedum idololatriæ vel *Atheismi*, à populo perpetrati, quamdiu Moses & successor ejus Josuas Dei nutu præfuerunt; quin

potius illud omni laude & observatione dignum memoratur, quam diu Josuas vixerit, videlicet, in regimine positus, Israelitas Deo constanter serviisse, imò post ejus mortem quoque viventibus illis in populo senioribus, qui tot & tam stupenda DEI opera ingratæ oblivioni non tradebant, utpote quorum sæpiusculâ repetitione debitum DEO benefactori tanto cultum pro viribus suo etiam exemplo urgere non destiterunt. Beata & verè aurea dicens illa tum tempora, quibus possessionem terræ Canaan multis ante seculis promissam tandem post longinquum iter adeuntes, expulsis prioribus incolis, quos ob *Atheismum* Deus tolerare in orbe omnibus bonis beato noluerat, perque Sortitionem divinitus gubernatam inter se dividentes, sine omni labe *Atheismi*, quo antehâc sæpius DEI iram in se provocaverant, Deum Patrum suorum, Abrahami, Isaaci, Jacobi, tot tantisque miraculis & beneficiis cognitum, juxta præscriptam à se ipso normam, sub Duce tam egregio, unicè & constanter colentes in summâ pace ab omni hostilitate securi vixerunt, verè populus DEI, Deoque insigniter dilectus, in hoc solo, præter ea, quæ humanitatis considerario hic cogitare jubet, Dei mandato non satis exacte faciens, quod ex Ca-

ex Cananitis quosdam partim vivere permiserint, internecioni à DEO destinatos, partim etiam in fœdus & amicitiam receperint, Altaribus eorum idololatricis parcentes, graviter ob id ab Angelo DEI objurgatus, addito, fore, ut hæc erga DEI hostes & *atheos* indebita lenitas divinâ eâque non injustâ permissione in laqueum seductionis & secuturæ ex eâ severissimæ punitionis suo tempore cedat, id quod & non longè post secutum esse, series historica pluribus exemplis docet. Quod enim supra de Ægyptiis eorumque Rege Pharaone singulari cum circumstantiæ notâ observatum est, eos longius post Josephum viventes beneficiorum DEI per ejus ministerium toti regno concessorum oblitos ad summam erga populum DEI ingratitudinem seduci se à mente alienatâ passos fuisse; idem hic quoque Israelitis accidisse, eventus tristis per multa demonstravit summæ erga Deum ingratitudinis documenta. Post enim Josuæ, eorumque ex senioribus, sinceris DEI cultoribus, mortem, qui populum ad meliora semper, DEI beneficia & miracula Ægyptiaco-Eremitica quotidiè inculcantes, animârunt; adeoque pietate & vero DEI cultu cum iis quasi intermortuâ & pedetentim sepultâ, natorum nati, quasi de

patrum DEO ejusve debito cultu ipsis planè non constaret, & aliud quasi hominum genus, per inexcusabilem apostasiam & *atheismum*, illis circumhabitantium populorum Deastris servitia, Deum suum nefariè deserentes, exhibebant, quos tamen, ut dixi, ad evitandum hoc ipsum *Atheismi* idololatrici vel Idololatricæ atheisticæ scandalum penitus delere & radicitus extirpare tenebantur, si & DEI mandatorum observantiores & suæ salutis propriæ amantiores esse voluissent. Non autem ullo modo est credibile, hæc & talia, quæ de iteratâ sæpius populi à verò DEI cultu ad cultum idolorum *atheisticum* secessione in Judicum libro narrantur, de sola plebe populique vulgo intelligi debere, quasi primores in statu Ecclesiastico simul & politico ab hâc labe immunes mansissent; cùm potius contrarium videatur probabile atque experientiâ comprobatum, adeò, ut nunquam in utroque statu videantur defuisse antecessores, ceu publici Idololatricæ & *atheisticæ* doctrinæ professores, quorum ductu omnes cæteros seductionem passos, exempla suis testantur locis. Ex eorum numero illud nunc verum esse, fateatur inter Judices & populo datos è Cœlo Salvatores sinceriſſimus aliàs pro DEI contra Baalis cultum Zelotes & animo-

nimosissim⁹ Heros *Gideon*, qui ut mitissimè dicam, per inexcusabilem *Antitheismum*, ex quo turpis postmodùm Idololatria eaq; verè *atheistica*, pessimæ matris non melior progenies, nata est, universum populum DEI ope ex manibus Midianiticæ gentis, cujus jugo tyrannico per integrum septennium subjectus erat, singulari miraculo liberatum miserè seduxit, deque novo non unis exinde secutis calamitatibus obnoxium fecit. Non equidem delector manum curiosam in ulcere celebrium Virorum habere, neque mentis ingenuæ existimo indicium, de quibusvis eorum gestis securius & aliquanto liberius ad normam in sacris non ostensam judicare. At ubi digitus DEI ostenditur, ipso Spiritu Sancto per scriptores à sè animatos indicium non obscurum faciente, improhibitum semper in Ecclesiâ fuit, errorum etiam debitâ cum modestiâ meminisse, non ad injuriosam eorum post fata exprobrationem, sed ut & sanctos fuisse homines, id est, miseros peccatores constet, nullusque peccantium de DEI gratiâ desperandum sibi esse putet, nemine ab eâdem excluso, nisi qui impœnitentiâ pertinaci seipsum velit exemtum. Peccatum verò à Gideone in eo fuisse, sacer narrat Textus, quod victor ex aciè rediens,

multum Auri à militibus ſuis, qui illud de prædâ à Midianitis collegerant, accipiendo, *Ephod*, id eſt ſacerdotale indumentum, idque pretioſum valdè curaverit facere, illudque in Patriâ ad gratam hujus victoriæ memoriam, &, de quo nullum videtur eſſe dubium, laudem divini Nominis, cui uni & ſoli illam ex debito adſcripſit victoriam, pro anathemate quaſi ſtatuerit. Nihil quidem in hoc *Gideonis* facto culpabile videtur eſſe, primo nimirum intuitu. Sed ſi, quid poſtmodum acciderit, accuratiori mentis trutinâ ponderetur, accedente ipſo Spiritus Sancti judicio, inter *Antitheiſmos* illud numerare, non præter æquum erit, quin & inter *Atheiſmos*, ſed primùm indirectos. *Theodoretus* certè utut factum hoc, aliquâ ex parte conatus fuerit excuſare, negare tamen non potuit, fuiſſe illud παράνομον, id eſt, *præter*, adeòque & contra *Legem DEI*, illudque cõciliaſſe populo πρόξενον παρανομίας, ſeu *contagionem impietatis*. Auguſtinus quoque ita de eo judicavit, ut excuſari nullo modo videatur, hunc in modum ſcribens: *Hoc illicitum cum feciſſet Gideon, fornicatus eſt poſt illud omnis Iſrael*, id eſt, *ſequendo illud contra Legem DEI. Ubi non fruſtra quæritur, cùm idolum non fuerit*, id eſt, *cujusquam DEI falſi & alieni ſimulacrum, ſed Ephod*, id eſt,

est, *unum de Sacramentis Tabernaculi, quod ad vestem Sacerdotalem pertineret; quomodo fornicationem scriptura dicat populi ista sectantis atq; venerantis? Ideò scilicet, quod præter Tabernaculum DEI, ubi erant ista, quæ sibi jusserat fieri Deus Israel, extra simile aliquid fieri fas non erat. Ideo sequitur & dicit scriptura:* Et factum est Gideoni & domui ejus in scandalum, *id est ùt â DEO offenso discederet; quia & hoc quoddam genus idoli quoddammodò erat, quod extra DEI Tabernaculum quodlibet manu factum pro DEO coleretur, cùm illa ipsa, quæ jussa sunt fieri in Tabernaculo, ad DEI potius cultum referentur, quàm pro DEO aliquid eorum aut pro DEI simulachro colendum haberetur. Quanquam per Ephod, eâ locutione, quæ significat a parte totum, omnia possunt intelligi, quæ constituit Gideon in suâ civitate, veluti ad colendum Deum, similia Tabernaculo DEI. Et propterea per hoc, quia hoc est Sacerdotalis honoris insigne, quod sæpè scriptura commemorat; ut hoc sit peccatum Gideon, quod extra DEI Tabernaculum fecerit aliquid simile, ubi coleretur Deus, &c.* Quibus si jungas, quæ similem ferè in modum *D. Brentius* noster ad hunc locum notavit, huc ob prolixitatem non adscribenda, facilè adparebit, in vanum laborasse, quicunque

que *Gideonem* ab omni maculâ in hoc facto liberare ſtuduerũt, ſuis nimirum hypotheſibus inſervientes, exque eorum numero *Serarius*, *Magalianus*, *Bonfrerius*, ut de aliis mihi inviſis non dicam. Etſi enim ratione intentionis aliquatenus excuſari poſſe videatur iis, qui ut plurimùm ex intentione de actionibus hominũ judicare ſolent; non tamen id ritè fieri, ex iis conſtat, quæ alii rem hanc altius & accuratius conſiderantes de intentionis valore ſereniori cum judicio obſervârunt. Merentur hic omninò legi, quæ Scriptorum hoc ſeculo nominatiſſimus, interque ſuos magnus, *Jeremias Drexelius* in ſuâ, quam vocavit, vel potius *actionum humanarum Amuſi* ad hanc tractationem ſolitâ contulit induſtriâ, eam in ſpecie quæſtionem formans, *Utrum bona ſeu recta intentio poſſit opus malum facere bonum?* Ad quam ſicut negativè reſpondit, ita ne id ſine causâ & ratione feciſſe videatur, aliam pro illuſtratione ejus formavit: *Cur bona intentio non poſſit malum opus reddere bonum, cùm tamen mala intentio poſſit opus bonum reddere malum? Unde tantum*, inquit, *roboris intentioni malæ, ut opus etiam optimum corrumpat; cùm intentio bona tantarum virium non ſit, ut operi malo mederi poſſit? opus bonum*, pergit, *intentione malâ* conta-

lib. 1. cap. 6.

contaminatur, & qui fit, quod opus malum intentione bonâ non emendatur? Reſpondet è Bernhardi ſenſu: *Duo mala robuſtiora ſunt uno bono. Ubi non bona eſt intentio, etſi bonum ſit opus, ibi duo ſunt mala, mala ſcilicet intentio & fallax error. Ut verò oculus ſit veré ſimplex, requiritur charitas in intentione & veritas in electione.* De ſuo hæc addit: *At ubi opus malum eſt, cum bonâ intentione bonum unicum eſt intentio, cætera mala ſunt omnia. Notum eſt illud, in aſymbolis, uti ſunt ignis & aqua, non facilis eſt transmutatio. Benè opinari & malè facere, maximè ſunt aſymbola. Ad actionem bonam non ſatis eſt, putare, illam eſſe bonam; neceſſe eſt etiam, abſit error & dolus. Ad malam verò actionem ſatis eſt, ſi pars ejus unica ſit mala.* Adjicit Hieronymi cõſenſum: *Ad benè ambulandum mediâ tritâq; viâ eundum eſt. Bonum agere malâ intentione, eſt nimium ad dextram flectere, malè agere bonâ intentione, eſt, nimium ad lævam declinare. Utrum fiat, non multùm curat Diabolus, modò fiat alterutrum, modò viator abducatur è medio, cùm ſit ubique virtutis modus. Æquè peccat, quod excedit, quàm, quod deficit.* Accedit inſuper Pauli oraculum, *Non faciamus mala, ut eveniant bona, quorum damnatio juſta eſt.* Prætereà, *Dialecticis Lex eſt: Concluſio ſequitur partem debiliorem. Ubi intentio*

bona

bona, & opus malũ est, cõclusio tota est mala. Et iterum: *Male jungũtur finis bonus & medium malũ. Operi malo bona intentio veram honestatem nunquam induet.* Augustinus etiam ibi citatus porrò suam hic addat symbolam, scribens: *Interest plurimum, quâ causâ, quo fine, quâ intentione quid fiat? Sed ea, quæ constat esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nullâ velut bonâ intentione sunt facienda. Ea quippe hominum opera, sicut causas habuerint bonas seu malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ per se ipsa non sunt peccata. Cum verò jam opera ipsa sunt peccata, quis est, qui dicat, causis bonis esse facienda, ut vel peccata non sint, vel, quod est absurdius, justa sint peccata. Quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesq; conatur mores Legesq; subvertere?* Concludit totam hanc tractationem: *Sic omnes actiones, quæ christianâ carent prudentiâ, veræ Virtutis honestatem nunquam induent, etsi optimâ fiant intentione. Nec excusat, dicere:* Putavi, sic agendum; non putavi, secuturum hoc damnum. *Frigidissimum hoc, non* putavi, *virtutis patrocinium suscipere non potest. Turpissimam ajebat Fabius Imperatori excusationem esse,* Non putavi. *Ego turpissimam censeo homini christiano, cujus est omnem imprudentiam talem cavere.* Libuit

buit hæc præter morem prolixius adducere, non solùm, quia Authorem hunc plerisque non ingratum esse scio, sed & præprimis, quia eleganter simul & nervosè hanc rem tractavit, iis nimirum fundamentis & rationibus, quæ & in sequentibus exemplis usui esse poterunt. Brevius omne id expedivit *Caramuel*, in Theologiâ *Præterintentionali*, ad Quæstionem : *An quis hæresim, desperationem, odium DEI*, (addo ex Instituti ratione, Idololatriam) *& similes malas actiones, possit licitè in bonum finem, puta, in Bonum publicum, elicere?* Negativè respondens, citato Pauli oraculo fultus, hæc adponendo : *Quidquid malum seu à Deo interdictum adsumitur, ut medium ad rem bonam, puta, si ad DEI servitium, imputabile est.* cap. III. Præc. 1. Quæst. 4.

Fiat jam ad hoc Gideonis factum adplicatio, & non erit, qui hæc altius ad animum revocans excusabile illud esse defensum porrò ibit. Quamvis enim, ut hoc iteratò inculcem, intentio per se mala non fuisse videatur, ipsum tamen opus *antitheisticum* Legique Divinæ contrarium fuisse, atque ad Idololatriam verè *atheisticam* præbuisse occasionem, negari his stantibus omninò non potest; quàm videlicet plurima temporibus posteris mala in populo secuta, series historica docet, in quâ antequam

quam pergamus, duo adhuc notandi veniunt *Atheismi*, tempora Judicum infamantes, quorum unum theoreticis, alterũ verò practicis certo cum respectu accẽsereliber, manum ducente & utrumque explicante *Ruperto Tuitiensi*, celebri ante hunc Semimillenarium Scriptore, hæc ad Adpendicem libri Judicum monente: *Duo gentis Israeliticæ mala, duplicem fornicationem populi Israel, Scriptura S. culpare & execrari laborat, propter quæ penè continua, & nunquam nisi paucissimis Judicibus sive Regibus istis frænantibus interdum coercita, Dominus terræ illæ & populo toties est iratus, & adhuc manus ejus extensa, Prima fornicatio animæ est, quâ à DEO, legitimo Viro, creatura recedens Idolis prostituitur, & Divini Nominis adulterium perpetrat, sculptili atque conflatili illud communicando. Hoc adulterium, hanc fornicationem spiritualem in gente illâ Scriptura S. vehementer percutit, utpotè quo in tantùm ardebat, ut non solùm Michas, unus homo, sculptile fecerit, sed & integra tribus Dan pro magno commodo sibi illud furata sit, cùm adhuc inter cæteras tribus sortem non accepisset, & idcircò DEI veri auxilium saltem pro temporalibus bonis impensius quærere debuisset. Altera fornicatio est, quæ diversis Libidinum lndibriis corpo-*

corpora commaculat, tunc pernicioſior, quando contra naturam Sodomiticâ debacchatur inſaniâ. Hujus poſterioris, & quem certo reſpectu dixi *Atheiſmum*, uberiori recenſione datâ abſtineo operâ, ne modeſtis auribus, vel oculis potiùs & animis moleſtus ullo videar modo, alii etiam aliquod indè patiantur ſcandalum. De priori, nimirum theoretico, vel ſi mavis, theoretico practico, *Theodoreti* cenſuram cognoſcere juvat, de Levitâ per Micham ad Sacerdotii honorem vocato ita judicantis: *Viri hujus* πολλὴ ἡ ἀθεσμία. *Nam primùm quidem, cùm Deus fixiſſet tabernaculum in Silo, in alio loco* ἀθέσμως *fungebatur ſuo munere. Deinde* χειροποιήτοις εἰδώλοις *offerebat Sacrificia. Præterea in alio quoque auſus eſt Legem transgredi. Lex enim prohibuit Levitis, ne Sacerdotali fungerentur munere, ſed juſſit eos* ἱερεῦσι λειτουργεῖν. *Et hanc ergò Legem eſt transgreſſus, cùm auſus eſt* ἱερατεύσαι. *Fuit etiam ingratus in eum, qui ipſum coluerat; nam acceptis fraudum inſtrumentis ſecutus eſt eos, qui ex tribu Dan erant, & fuit* τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης πρόξενος. Multiplex itaque fuit hic non ſolùm Antitheiſmus, ſed &, ſi omnes ponderemus circumſtantias, *Atheiſmus* àq; Dei volũtate & ſincero cultu Apoſtaſia, quæ non una poſt ſe traxit mala, eo præ-

primis tempore, quo, ut Sacer Historicus notanter observat, nullus Rex vel Princeps in Israel fuit, ac quisque, quod rectum, imò non rectum, sed statui suo quâcunque ratione conveniens fuit visum, sine omni respectu & vel virtutis amore, vel pœnæ metu fecit, ad eum videlicet morem immoratum, quem in anarchico regimine vel potius turbine utplurimum observare licet. Cùm enim pii Magistratus, tanquam supremi Legislatoris Vicarii dicantur custodes utriusque Decalogi tabulæ, id præprimis omni sollicitudine observantes, ne cultus DEO debitus quidquam detrimenti patiatur, sed potius omni modo ad præscriptum in Verbo tenorem sartus atque tectus conservetur & ad posteros propagetur; facilis est conjectura, quid sperandum sit, ubi populus tali pio gubernatore destituitur, nihil non tentantibus illis, quibus in turbido piscari res est gratissima, atque semel labefactato DEI cultu, ejusdemque revelata cognitione, tanquam omnium christianarum Virtutum fundamento, quibusvis vitiis, eorundemque grandissimo, ipso videlicet *Atheismo*, cum suis comitibus & pedissequis, impetu maximo ingruentibus, ac omnia ceu Diluvio quodam inundantibus, nemine illud impediente, aut ob malorum copiam

piam impedire ullatenus audente, id quod tum etiam sine dubio accidit, quando hæc Michæico-Levitica & verè Atheistica idolatria è domo privatâ in totam tribum migravit, nullius ex omnibus factâ mentione, qui contra mutire fuerit ausus, etsi fortè non defuisse fit credibile, quibus turpissima hæc à vero DEI cultu Apostasia nullo planè modo placere potuit,& nullum nihilominus ad manus fuit remedium,quo tempore tristis Interregni & nullo existente Magistratu ordinario obviam huic malo iri posse visum fuit, omnibus ferè in transversum raptis. Quod si autem populus legitimo Magistratu destitutus sicut ad alia quævis vitia,ista ad omnium vitiorum matricem *Atheismum* tam facili operâ seducitur, memorabili hoc exemplo præter Experientiam omnium rerum magistram notanter satis illud demonstrante; quid expectandum erit, ubi Magistratus illaudabili exemplo subditos ad *Atheismum* & propullulantia inde quævis vitia manu q. ducit? Manifestum id erit,si à Ducibus ad Regum ætatem progrediendo primùm eorum accuratius intueamur,*Saulem* dico, primùm quidem non unis Virtutibus conspicuum, postmodum verò pluribus vitiis infamem, quin & *Atheismo*, si quisquam

alius, proximum. Varia in Eo, prævio sacri Historici ductu, juxtaque seriem gestorum, non imitatione, sed severissimâ castigatione digna notarunt post alios *Caußinus* in de Regno DEI, & nuperus de *Origine & Progreßu Spiritus Pseudo-Politici* Author, hic prolixè non recensenda. Summa tantum capita exhibere libet, eo ordine, quo D. *Dannhavverus* ejus contra Davidem antitheisticæ & verè etiam *atheisticæ* hostilitatis argumenta congessit, quæ tandem in apertissimum erupisse *atheismum*, paulò post docebitur; videlicet *primò Philoclepsiam*, sive raptum Amicorum subdolè tentatum apud subditos, ad quos fama emanavit de Davide proscripto, fugitivo & perduelle, verbis Brentii & Sopranis expressam; *Deindè Philoclepsiam amicorum*, qui deficere nollent, ex quâ odium & sæva persecutio in Filium, Sacerdotes Nobæos, parentes etiam Davidis, quibus post apud Regem Moabitam impetratum est Asylum. *Tertiò* favorem in Otacustas & Susurrones, pestem Societatis humanæ, nominatim Doegum; *Quartò*, oppressionem spirituum vividorum ac heroicorum. *Quintò*, Expositionem in odium aliorum, ne suâ machinatione, sed manu alienâ cadat. *Sextò*, Tyrannidem per omnes characteres exercitam,

Theol. Consc. part. 1. pag. 121. & seqq.

tam, *Tandem ſeptimò*, apertam Perſecutionem ad ruinam usq; & cædem. Et quis hæc attentè conſiderans, Saulem ab *Atheiſmi* labe imunem audebit pronuntiare? Obſervari merentur verba, quæ ex *Policratico Sariſberienſis*, Scriptoris ante hæc quinque Secula ultra Seculum, in quo vixit, eruditi, in hanc rem citavit *Sinnichius*, qui non ita pridem orbi chriſtiano *Saulem Ex-Regem* quaſi redivivum ſtitit, motus causâ, quam ſub finem Prologi ipſe his verbis indicavit: *Vidimus nuperrimè Transſylvaniæ Regulum, ſchiſmatis pridem à majoribus invecti fotorem, principatu vitaq; excuſſum. Vidimus Daniæ Regem in extremas anguſtias ſchiſmaticum à ſchiſmaticis redactum, & non modicâ demum Principatus* (cur non Regni?) *ſui parte mulctatum. Vidimus magnæ Brittanniæ Monarcham, ſchiſmati per Henricum octavum cœpto inſiſtentem, à propriis ſubditis Bello impetitum, multis prœliis victum, à contribulibus divenditum, perſequentibus traditum, carceri mancipatum, in Tribunal adductum, Regnis abjudicatum, neci addictum, capite mutilatum.* Potuiſſet alia & plura addere, niſi de ſolis ſchiſmaticis apertè agendum ipſi conſultum fuiſſet viſum. Sed pergit: *Prædictis itaque exemplis ad ſcribendum impulſus, ſcriptionem ipſam* Saulis

lis-Ex-Regis *titulo prænotavi, ut veliſtinc diſcere queant imitatores* Saulis, *quod, qui ſecuti fuerint delinquentem, ſequentur & pereuntem.* Inter cætera autem, quæ de Saulis ad ruinam cauſis prolixiſſimè ex multis & variis Authoribus compilavit, egregia ſunt & obſervatione, ut dixi, digniſſima, adq; præſens inſtitutum valdè accommoda, quæ ex citato *Sarisberienſis Policratico* ad demonſtrandum ejus *atheiſmũ* produxit: *Adeo intumuerat ſpiritus ejus, ut ſe non modò homini, ſed & ipſi DEO quodam modo, propriæ impietatis auſu præferret. Quem enim Dominus ei prætulerat, quantò majori gratiâ videbat præditum, tantò acriori invidiâ occultas ei tendebat inſidias; tàm manifeſtas, quàm iniquas exercens inimicitias. Et quò manifeſtius eum Dominus extollebat, eò avidius non tam deprimere, quàm extinguere properabat; ipſiq; DEO ſe è regione ponit oppoſitum, dum ei ſurripere aut eripere nititur jura Regnorum. Dignum ergò fuit, ut non maneret in eo ſpiritus Domini, qui cor ſuum non modò habitaculum, ſed & tantæ nequitiæ fecerat fundamentum.* Satis clarè hæc de Antitheiſmo Saulis teſtantur, ſequentia ipſum exhibent Atheiſmum, dum dictus Author porrò ſcribit: *Omnium temporum una eſt fides, Deum eſſe,*

lib. 1. cap. 18. num. 68. & 69.

esse, eundemque justum & bonum, & remu- *Ebr. II.*
neratorem iperantium in se, *omnium plenè meritis*, (si quæ sunt) *respondentem, ante Legem, sub Lege, sub gratiâ. Nemini rectè sapientium venit istud in dubium. Sine istâ fide nemo unquam ingressus est ad salutem. Verùm qui errat in minimis, paulatim ad majora prolabitur. Sic iste Saul primò negligens, deindè inobediens, postmodùm contumax, exindè obstinatus, postremò ad eam prolapsus est cœcitatem, ut nec prædictum Fidei articulum sibi servârit incolumem. Deum etenim justum usquequaquè non credidit, opinans, etiam in Sanctos post exitum vitæ hujus concessam malignis spiritibus potestatem. Noverat enim, sanctum Samuelem Pythonicis non obtemperasse, dum viveret, nec aliquod cum eis initæ familiaritatis habuisse commercium. Nunc verò ad Pythonis imperium sibi sperat & petit excitari; vult etiam ad hoc cogi defunctum, ad quod vivus impellinon potuit. Regi siquidem noluit indicare; dum viveret, nisi quod indicandum Dominus inspirabat,* Videri hæc & talia possent longius quæsita & coactius ad præsens institutum tracta, sed non ita *Simmichio*, qui post hæc addit sequentia: *Ex quibus adparet, Saulem per ea, quæ objecta sunt,* (videlicet, eum nequaquam ex Dæmone, sed ex

Prophetâ DEI, Samuele, vel potius ex Deo per ipsum expectasse notitiam veritatis) *non modò non purgari, sed etiam ex adverso*

NB. *fœdius maculari, &* Atheismi *labe deturpatum prodi.* Id quod sequentem in modum probat: *Si enim prædicto Fidei articulo discredidit consequens profectò est, ut aut DEI existentiam, aut certè providentiam abnegaverit, atque ita vel formaliter, vel saltem virtualiter Atheus extiterit. Etenim qui negat DEI providentiam, convincitur per ambages negare ejusdem existentiam, prout in simili de præscientiâ DEI adversus Cicero-*

lib V. de Civit. Dei cap. 9. *nem ratiocinatur,* Augustinus. Addit illustrem ex *Salviano* locum, ita contra negatores præscientiæ Providentiæque divinæ ad utriusque defensionem scribente: *Ad tales rectissimè Propheticum illud referri potest,* Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. *Nam qui nihil adspici à DEO adfirmant, propè est, ut cui adspectum adimunt, etiam substantiam tollant, ut quem dicunt omninó nihil cernere, omninò etiam dicant non esse. Et quidem licet nullum malum facinus ratione subsistat, quia rationi scelera non possunt conjungi; nullum tamen, ut puto, vel irrationabilius, vel insanius isto est. Quid enim tam furiosum, quàm ut aliquis, cùm Deum Creatorem rerum omnium non negei, guber-*

nato-

natorẽ neget; & cùm factorem esse fateatur, dicat negligere, quæ fecit? Quasi verò hæc ei faciendorum omnium cura fuerit, ut negligeret, quæ fecisset! Uberioris illustrationis ergò subnectit *Lactantii* contra *Epicurum* divinæ etiam Providentiæ negatorem verba, quæ superius tamen, ubi de *Atheismo* Caini actum fuit, suum jam occupârunt locum. Atque ita primus Regum populi, Deo tam insigniter dilecti, ab ipso etiam DEO ad Regium hunc honorem electus, *Atheus* est factus, tristi præsagio, eum vix ultimum fore, secuturis, proh dolor! pluribus aliis, id quod tristis postmodum experientia confirmavit. Non sine multâ observatione notatum id cum aliis Scriptori inter Politicos hodiè satis noto, qui *Regnum DEI* ex sacris Regum annalibus describere conatus, varia circa eorum virtutes & vitia ad institutionem Principum monuit, hæc inter alia exhibens: *Expetenda res omnibus, benè moratos rebus humanis præsidere Principes, sed paucis admodum obvia. Nec temerè quis dixit, optimorum Regum, qui per tot gentes & tot hominum ætates extitêre, nomina tam pauca inveniri, ut brevi limbo annuli possint contineri. Mirari semper occurrit, tam variorum Annales populorum relegentibus, tantam improborum congeriem, atque inter tot* Tract. II. dissert. 9. pag. m. 22. Edit. Pariſ.

de decora, tot maculas, tam rarum Innocentiæ & virtutis decus. Certè si quæ species honesta regnantis, debuerat inprimis effulsisse in populo DEI, ubi Lex sancta, & Prophetæ Magistri, & Summus omnium Institutor. At verò quam multa in hoc regno dictu fœda & adspectu horrenda, Ex quadraginta fermè Regibus, qui sive in judaico, sive in Israelitico populo regnârunt, vix insontem unum reperias, præter Josiam acerbo raptum fato. Totum cum eo bonorum agmen repræsentant David omnium maximus, Josaphatus & Ezechias; sed nullius lux sine nævo. Præmitti hæc necessariò debuerunt, ad præcavendam omnem invidiam, si quid fortè in sequenti tractatione rigorosius occurrere videbitur, præprimis, ubi Davidem, illum DEO tam dilectum præ multis Virum, non planè intactum prætermittere licet, ab omni labe *Atheismi*, ad minimum indirecti, non omninò immunem, utpotè quam ipse Nathan, qui ei à confessionibus erat: non obscurè adeo DEI mandato ei coràm exposuit, apertè & in faciem ei exprobrans, *quod blasphemare fecerit inimicos DEI nomen*, de quo Brentius noster ita scripsit: *Cùm Davidis adulterium factum esset manifestum, (nihil enim occultum, quod non revelatur) inter gentes magna nominis divini blasphe-*

Confer. Sanct. ad h. loc.

mia

mia oriebatur, dicebant enim: En, qualis est Deus Israel, cujus sanctissimi omnium sceleratissimi sunt. Gloriantur Judæi, se solos habere Legem DEI sanctam; nunc autem manifestè adparet, totam Legem nihil sanctitatis habere. Jactavit hactenus David, se propter justitiam suam à Domino regnum impetrasse; sed qualem habuerit, nunc reipsâ adparet. Abjectus est Saul, quod citra verbum Domini immolaverit boves & oves in cæde Amalecitarum; sed num quid majus est, Adulterium & homicidium designare, quàm contra Domini verbum (sed bonâ tamen voluntate) offerre? Israelitæ gloriabantur, se justissimum omnium Regem habere; ubi nunc autem ejus justitia adparet? *Has atque similes blasphemias in nomen Domini adversariæ gentes efflabant.* Fuit adeò Atheismus hic Davidicus, ut ita dicam, *hiphilicus*, quo Rex per non unius sceleris, ejusdemque gravissimi & ad longum benè tempus continuati patrationem eas in *Atheismo* gentes roboravit, quibus exemplo etiam ad agnoscendum & sanctè colendum Dei nomen ostendere viam debuit. Non hic audiendi sunt Judæorum hodiè Rabbini, interque eos victor glorioſus ante pugnam *Lipmannus*, qui Rabbinum quendam *Jonathanem* ex ore Rab-

Rabbini *Samuelis* filii Nachmanidis, Interprete M. *Snellio*, dixisse refert: *Quicunq; dixit, Davidem peccasse, vehementer errat, quia dicitur:* Et fuit David in omnibus suis actionibus prudens, & Dominus erat cum ipso. *Num fieri potest, ut peccatum veniret in manum ejus, & nihilominus ipsi adesset specialis præsentia.* Duo autem sibi ipsi objicit *Lipmannus*. Primum est, *quod Nathan Davidem accusavit*, eum contemsisse verbum DEI. *Alterum verò*, quod id inprimis ei objicit, *Uriam Chitteum percussisti gladio.* Ad utrumque respondet, *ad prius*, diversum esse hoc malum ab omnibus in Lege, in quibus scriptum est, *et fecit*; hic enim scriptum esse, *ad faciendum*, nimirum, quia voluerit facere, sed non fecerit. Uriam verò Chitteum fuisse Regno (*forsitan Regi*) rebellem & mortem adeò commeritum; dixisse enim Davidi, *Dominus meus Joab, &c.* & mandatum Regis se transgressum, qui ei edixerat, *descende in domum tuam, &*. Ad posterius, *debuisse eum punire per Synedrium, quod tamen non præstiterit; & hoc esse, quod ait Scriptura*, & David fecit rectum, &c. præter factum in Uria Chittæo. *In Bathsebâ autem non peccasse, hanc enim fuisse solutam.* Addit rationem: *Nam quicunque proficiscebatur in Bellum, quod*

Confer Hackspã. ibid. cap. 1. num. 16. p. 262.

quod domus Davidis gerebat, libellum Divortii scripsit uxori suæ, ne ipsa, si fortè Vir in prælio moreretur, neque mortis testes adessent, differretur, quo minus alteri nuberet. Cui dum iterum objicit verba Nathanis ad Davidem dicentis, *illius uxorem in conjugem adsciviſti*, ita respondet, ut verba Nathanis hoc sensu existimet intelligenda: *Habebas jus in eâ ducendâ, id est, poteras jure agere, q. d. debueras sponsalia celebrasse, erat enim illa dicto modo soluta viro. Quod autem pœnâ ob illam adfectus est, inde est, quia moris erat, Bello confecto, ut unusquisque reciperet uxorem suam priorem.* Ita nimirum nugantur, ut Davidem ab omni sceleris hujus infamia liberent, nimio erga eum amoris adfectu ducti, Spiritus Sancti pleraque oracula singulari studio obscurantes, infidelium Judæorum Doctores fumi- & nugi-geruli & venduli, nulla ratione validâ nixi, contra clarissimam Scriptoris sacri authoritatem. Benè autem res hæc se habet. Sit ita, peccârit in hoc facto David, devotissimus aliàs DEI cultor, fuerit ad tempus aliquod, quamvis, ut dixi, indirectè *Atheus*, blasphemare faciens gentiles nomen DEI; at revocatus à DEO seriam egit pœnitentiam, pluribus lacrymis demonstratam, receptus etiam à DEO in gratiam, hujus

jus *Atheismi* & omnium peccatorum impetravit remissionem, DEO ob id gratus & nunquam posthàc maximi hujus beneficii erga Deum immemor, quin & in omnibus suis actionibus, quantum communis infirmitas permisit, cautior. Id utinam de filio ejus *Salomone* etiam cum aliquo sperare liceret fundamento, quamvis non in totum desperare. Fuit & is quidem sub regiminis initium, non sapientiæ solùm singularis, sed & Pietatis erga Deum, debitumque ei cultum laude quam maximè conspicuus & celebris, ut non nisi quævis egregia de eo in posterum fas esset ominari, Eum videlicet in Templi DEO sacri ad Patris nutum ædificatione & solenni ejusdem inter sacrificia & preces devotissimas inauguratione ostendit in publico Zelum, ut si in eo, quo gloriosè cœpit, perexisset, nihil ab eo humanitus desiderare amplius videri posset. Sed, heu, quantum mutatus ab illo Juvene addictissimo DEI cultore, Senex per infidelium connubia factus Idolorum cultor & Atheus, ut de aliis jam non dicam vitiis, quibus vitam tam laudabiliter antehàc actam circa finem ejus tam turpiter maculavit, ut si cum virtutibus comparentur, has præ istis ob inconstantiam & turpem à semitâ tam laudabili apostasiam minores esse

esse indubium sit. Equidem, neque hic defuere, qui defensionem Idololatriæ Salomonis *Atheisticæ* in se susciperent, nominatim inter alios *Julianus*, celebris ille Apostata, Idolianus à *Gregorio* Nazianzeno quondam dictus, de quo *Cyrillus* Alexandrinus testatur, quod de Salomonis Idololatriâ statuerit, Eum τῇ σφῷ τοῦ φανέντος αὐτῷ Θεοῦ διδασκαλίᾳ persuasum *cæteros etiam Deos coluisse*. Cui Cyrillus illud in specie responsi loco dedit: *DEI monitu eum non defeciſſe & in omne vitium ruiſſe, vel hinc facilè patebit, quod eam ob rem Deus vehementer concitatus est, ac statim sceleri indixit pœnam.* Quia verò Julianus ad confirmandum id, quod de DEI informatione & ad colendum cæteros quoque Deos impulsu dixerat, ne DEI illusor videretur, addidit: *Invidia & æmulatio, ne ad bonos quidem homines pertinet, tantum abest, ut in Angelos aut Deos cadat.* Hinc Cyrillus optimè reposuit: *Ne dicat, suis undiq; sermonibus fidem quærens, invidiam & æmulationem minimè ad bonos pertinere viros, nedum ad Deos & Angelos. Non ea erat, ô bone,* imò pessime hominum! *invidia. Qui autem? Quippè opus invidiæ non esse contendimus, quod divina & immortalis mens non ferat errantes, & qui, nescio, quo pacto? divinos hono-*

lib. 7. contra Julian. Oper. Tom. 6. p. 224. & seqq.

honores aliis tribuunt, &c. Retorquet postmodum id, quod Julianus dixerat, in ipsum Julianum, ut absurditatis eum convincat, ita scribens: *Cum ergò in bonos viros non cadat invidia, nihil sua referri putent terreni Principes, quamvis aliquis regiæ potestatis jugum excutiat, aut sanè regios velit honores accipere. Atqui eo non erat animo Julianus, quùm imperaret; sed si quis ejus criminis condemnatus esset, acerbissimas de illo pœnas sumebat.* Addit post aliqua, quæ inprimis huc spectant: *Quùm igitur in confesso sit apud omnes, naturalis ac veri DEI claram cognitionem rem esse vivificam; nemo dubitabit, pessimum esse, à veritate errare, & à vivifico cultu excidere.* Quin inter christianos etiam Doctores antiqui & recentiores nominantur, exque eorum numero *Augustinus & Tostatus*, qui referente post alios *Grobendonckio* persuaderi sibi non patiuntur, sapientissimi Salomonis intellectum ab amatarum Mulierum blanditiis tantopere obcœcari potuisse, ut contra principium de vero DEO, lumine, ut ipsi ajunt, naturæ notum verè crederet, pluribus Diis seu Idolis divinitatem aliquâ inesse, & eis latriæ cultum internâ mentis veneratione exhibuerit; licet in gratiam suarum uxorum, quibus ardentissimo amore

de Ortu & Progr. Spir. Polit. lib. 7. cap. 5.

more erat copulatus, & quas magis, quam ipsum verum Deum contristare verebatur, Idolis quibusdam Altaria erexerit, in quibus uxores Diis suis Sacrificia offerrent, ipse autem non nisi externum aliquem & ex pseudo Politicorum, quamlibet religionem facilè exterius profitentium, dictamine eis exhiberet. Verùm observante eodem ipse *Augustinus*, qui pro horum opinione aliquando stare visus est, disertè alibi adfirmat, *Salomonem in profundum Idololatriæ lapsum fuisse ac demersum*; & graves alii Authores indubitanter id adserunt, *Cyrillus* nempè loco proximè citato, *Gregorius* & *Basilius*, uterque Magnus, *Prosper*, *Origenes*, alii. Et videtur sacra Regum historia satis clarè id indicare, quando non solùm dixit, Fana idolis fuisse à Salomone ædificata & ab ejus uxoribus sacrificatum, sed amplius aliquid indicat hisce verbis: *Cùmque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.* Ubi etiam indicat, quâ ratione factum fuerit, ut Salomo mortalium quondam sapientissimus eò dementiæ tandem fuerit redactus, ut cultu etiam interno Idola veneraretur; quod scilicet, cùm jam esset senex, cor ejus, à mulieribus alienâ religione imbutis, quibus ardentissimo amore erat copulatus, fuerit de-

Ibid. Pineda in Salom. Prævio lib. 5. cap. 13.

pravatum, & ipse, ut *Bernhardus* loquitur, ex toto desipuerit. Etsi autem prior & ex parte mitior de Salomonis idololatriâ opinio posset aliquem ullo modo habere locũ, non tamen ab omni Idololatriæ & inde *Atheismi* ad minimum indirecti culpâ excul-pari posset, per ea, quæ ex Psalmis devotis-simi & cultui divino sincerè addicti Patris sui Davidis post centesimum decimo & tri-gesimo quintis, non ignota ei esse potue-runt, Spiritu Sancto in eundem censum re-ferente & cultores & factores idolorum; ut taceam, ipsam quoque externam Idolorum venerationem ab omni specie *Atheismi* re-motam non esse, quidquid etiam ad simu-landum eruditi hypocritæ contra mutire & audere soleant, laudato tam magnopere E-lisæi Prophetarum non postremi consilio, quod Naamo, Regis Assyriorum Aulico è primis, in Regum libris dedisse legitur, cu-jus respectu *Caramuel* nuper audacissimè pronuntiavit, Deum, sicut in cæteris omni-bus Decalogi præceptis dispensavit, ita ido-lolatriam quoque permisisse, illud etiam contra *Sylvium*, Professorem Duacenum, omnibus modis propugnans. Terq; male quaterque! Dudum enim à nostratibus de-monstratum est Theologis, Naamum ab E-lisæo veniam & remissionem accepisse pec-cati

Theol. Fundam. Tom. III. pag. 269. & seqq.

Vid. D. Dannh. Theol. Consc. p. 652. Conf. D. Walth.

cati præteriti, non permissionem peccati futuri, quod nullo per omnia modo, quocunque etiam respectu, sine Majestatis divinæ gravissimâ læsione, Mandatiq; de non colendis Gentilium Idolis transgressione manifestissimâ permittere potuit Propheta, nisi & ipse peccati hujus Idololatrici & per consequens *Atheistici* reatum incurrere voluit. Cum verò ut ad Salomonem nunc redeam, de Eo ex supra dictis indubium sit, Eum non solùm Uxoribus suis Idolorum & Deastrorum non unius generis cultum permisisse, neque externo tantùm & simulato cultu eos eademque esse veneratum; sed & insuper iisdem Altaria ad promovendum hunc cultum extruxisse, imò interiori etiam, & hinc apostatico à DEO Patrum suorum cultu ea eosdemque adfecisse, nemo hæc attentius considerans Eum numero Idololatrarum, adeòque & *Atheorum* eximere conabitur, præter ea, quæ supra non semel de proximâ Idololatriæ ad *Atheismum* vicinia ex Pauli Oraculo observata fuerunt, illud in specie ad animum revocando, quod citatus modò Author anti-politicus opportunissimè ad præsens Institutum monuit, in secundi totius operis libri titulo *Idololatriam Atheismi prodromam* expresè vocans. Utinam autem, quod de

Cent. Miscell. Theol. p. 101. Dilherr. Tom. I. Disp. p. 476. & 747.

Davidis ad Deum seriâ conversione & ab *Atheismo*, quem dixi, indirecto ad peccati agnitionem & verum DEI cultum reditu paulò ante non absque singulari ejus encomio dictum fuit, de Filio Salomone desertâq; ab Eo idololatriâ verè *atheisticâ* idem audacter pronuntiare liceret ac sperare. Etsi enim ex Patribus & Evangelicis Doctoribus aliqui suis ducti rationibus desperandum non esse censeant, probabiliterq; pœnitentiam & hinc quoque Salutem Ejus sperari posse judicent; multi tamen rem hanc in medio relinquunt, nec quidquam certi de eâ statui debere consultum existimant; alii etiam & suo quidem numero nec sine fundamentis omninò desperant; rigorosissimam de Salomone sententiam dicentes, quibus non ita pridem *Thesaurus* adnumerari voluit, hanc Parentationem Salomonæam Genealogiis Patriarchicis inserens: *Obiit insanus Sapiens, Hebræorum decus & dedecus. Primus è Christi proavis stygem coluit, & primus intravit, indubio argumento; nam Idola posuit, non sustulit, & flenda leguntur, non fletus.* Quamvis autem de neminis Salute præcipitanter & immitius, quàm par est, sentiri debeat, non pauca tamen sunt, quæ consummatum Salomonis & perseveranter continuatum in cœ-

in cæpto Idolorum cultu
cadere videntur, illud præ
Filio ejus *Rehabeamo* post
tionis in sede Regiâ confirm
ge DEI aversio, populumq
Idolorum cultum seducent
Filio ac Successore *Abia* P
vestigia premente in Reg
Chronicis legitur. Si enim
monitus seriò pœnituisset
est dubium, quin omnia
ra post se reliquisset & Fi
in manus tradidisset, eo
soli DEO cultum veram
cato. Neutrum verò ob
mnes Narrationes histo
circumstantiæ accuratissi
quin potius pleraque in co
runt, cum multis ad prædi
cationem ominibus. In E
statu tales describuntur A
antecedentibus comparat
minos eorum excessisse vid
Vero DEI cultu constant
bus. In Politico autem sta
sum & deorsum esse vers
eventus. Quem enim ad m
dici regiminis tempore
suos omnia decrevit imm

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [152] - 148
PUBLIC DOMAIN

in cœpto Idolorum cultu *Atheismum* persuadere videntur, illud præprimis, quod de Filio ejus *Rehabeamo* post concessam divinitus in sede Regiâ confirmationem à Lege DEI aversò, populumque unà secum ad Idolorum cultum seducente, quin & hujus Filio ac Successore *Abiâ* Patris idololatrici vestigia premente in Regiis Annalibus & Chronicis legitur. Si enim Salomo à Deo monitus seriò pœnituisset, nullum omninò est dubium, quin omnia in Regno pacatiora post se reliquisset & Filio successori, quasi in manus tradidisset, eo etiam ad debitum soli DEO cultum veramque Pietatem educato. Neutrum verò observare licet, si omnes Narrationes historicæ notabiliores circumstantiæ accuratissimè ponderentur, quin potius pleraque in contrarium occurrunt, cum multis ad prædictam à Deo mutationem ominibus. In Ecclesiastico certè statu tales describuntur *Atheismi*, qui cum antecedentibus comparati plurimùm terminos eorum excessisse videntur, paucis in Vero DEI cultu constanter perseverantibus. In Politico autem statu æque omnia sursum & deorsum esse versa, tristis docuit eventus. Quem enim ad modum, ubi Davidici regiminis tempore rebellis Absolomus omnia decrevit immutanda, summum

mum ad se omni modo derivare conatus principatum, multum profeciſſe in cœpto opere deteſtando videri potuit *atheiſtico* utens conſilio *Achitophelis*, hominum, quos Sol unquam adſpexit, nequiſſimi, ut non ſine causâ *Atheiſmum*, quem vocat *triumphatum*, contra *Antichriſtianiſmum Achitopheliſticum* voluerit ſcriptum & inſcriptum *Campanella*, infra ſuo iterum loco producemus; ita ſi mutationem regiminis poſt mortem Salomonis antecedentia conſideremus, non parùm aut planè nihil etiam promoviſſe & acceleraſſe *atheiſtica* pſeudo-Politicorum, qui juniores & annis Rehabeamo pares Conſiliarii dicuntur, conſilia, à nemine forſitan in dubium vocabitur. Nuperus equidem Axiomatum Politicorum è S. Bibliis illuſtratorum Scriptor, aliàs multa egregiè monens, hic tamen non Regem Ejusve Conſiliarios, quàm ipſos Regni ſtatus & ſubditos, in causâ hujus periculoſæ & ſubitaneæ mutationis fuiſſe exiſtimat, id loco Axiomatis præfigens, *Status & ſubditos non rarò prætendere gravamina. quarum publicâ expoſitione tamen facilè, ſi vellent, ſuperſedere poſſent.* Verùm ſi memoriæ fixius inhæſiſſent, quæ in antecedentibus contra Regis imprudentiam, adde & contra Conſiliariorum *atheiſticam* perverſita-

libr. II. num. 112. pag. m. 245.
Ib num. 89. pag. 55.

sitatem prudenter monuit, serenius forsitàn hâc de re judicasset, id quod ab aliis multâ cum observatione factum est. Nobilis hodiè Danorum Theologus, *VVandalinus*, antehàc in inclutâ Argentinensium Universitate mihi amicissimè notus, de *Jure Regio* noviter & eruditè agens, ita secundum hypotheseωs ad defendendum susceptæ rationem de toto hoc negotio pronuntiavit: *Rhoboamus populo responsurus etiam* Jure Regio *uti voluit, sed imprudenter & alieno tempore. Sprevit seniorum & Sapientiorum consilium, qui suaserant, ut tempori serviret, & gratificaretur populo, quem jam res novas moliri compererant; juniorum verò suasioni morem gerens, durissimum illis responsum dedit. Quæ occasio fuit decem Tribubus, deficiendi ab ipso & à domo regnatrice Davidicâ in perpetuum.* Addit, causam legitimam & veram ejusmodi Apostasiæ hanc non extitisse, sed *ex altiori principio fatale illud schisma originẽ duxisse.* Quidquid sit de hoc posteriori, quod nunc excutere non vacat, illud saltim indè constat, cõsilium Juniorum ex *Atheistico* Pseudo-politicorum promtuario fuisse desumtum, *Campanellâ* hic iterum consentiente Roboamum iis adnumerando, quorum per Exempla complura recensione probatum ivit,

lib. 1. cap. 6. pag. 47. & 48. conf. Menoch. de rep. Ebr. lib. 1. cap. 2 num. 6. pag. 81.

l. cit. cap. 18. pag. m. 165. & seqq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [155] - 151
PUBLIC DOMAIN

ivit, *quod omnes Achitophelliſtæ vitam & Regnum vel in ſe, vel in poſteris ſubito amiſerint.* Quia incidenter hic Juris Regii, illius videlicet, quod Samuel populo Iſrael propoſuit, aliqua mentio eſt facta, deque eo non una ſit apud Eruditos Sententia, diverſis diverſa planè & contraria ſentientibus, placet hic breviter inſerere, quæ noviſſimè *D. Dannhavverus* de eo ſtatuendum eſſe exiſtimavit, ſcribens: *Sine dubio non loquitur Samuel de jure juſto ac legitimo, longè enim Moſaicum ab hoc diſcrepat; nec etiam de nudo facto, nihil enim eſset in eo eximium, cùm injurias facere & privati privatis ſoleant; ſed de facto cum effectu juris obligatorio ad non reſiſtendum,* ſi videlicet non omnes æquitatis & Juſtitiæ terminos ad opprimendum omnibus modis ſubditos & ſtatus transgredi audeant Reges Legibus obnoxii & ad tuitionem privilegiorum & Libertatum Regni Verbo & Juramento Regni obligati. Facilè hinc patet, an aliquis in hoc Jure Regio, latius præſertim explicato, & ad mentem laxiorum Interpretum, lateat *Atheiſmus*, ſub quo hodiènum non planè nulla pſeudo-Politicorum conſilia tanquam ſub pallio Juris legitimi occultentur, de quo alii hæc ſtudia ex profeſſo tractantes decernent. Ego iterùm ab Atheiſ-

Theol. Conſc. pag. 873. conf. D. König. Vind. p. 675. & ſeqq.

D. Hülſ. Breb. cap. 20. num 12.

Ibid. Grobend. lib. 10. cap. 26. pag. 640. cof. Cauſſ. de Regn Dei Diſſ 69. p. 167. & ſeqq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [156] - 152
PUBLIC DOMAIN

theiſmo ad Atheiſmum. Punire ſeverius decrevit Nominis ſui ſacro-ſancti Vindex Deus *Atheiſmum* Salomonis Idololatricum, per Filii *Atheiſmum* pſeudo-politicum non leviter auctum, per non omnimodam quidem Regni, at maximæ partis ablationem, integris decem tribubus in *Jeroboamum* translatis, cui id Deus per Vatem *Ahiam* præſignificari juſſit, hâc additâ monitione, ut exemplo hujus ſeriæ caſtigationis cautior factus ab omni *Atheiſmo* Idololatrico ſibi caveat, inque DEI cultu ad exemplum Davidis conſtans maneat, ſi conſtanter divini Favoris particeps fieri velit. At, quæ humanæ mentis pervicax inconſtantia eſt, vix regium honorem primoribus quaſi deguſtavit labris, ne eo unquam inpoſterum privaretur, quod per cultum DEO Hieroſolymis præſtandum fieri poſſe metuebat, Conſiliariis pro ratione Statûs, quantum in ipſis fuit, omni conatu juvantibus, in turpiſſimum incidit *Atheiſmum*, Moſcholatriam in Eremo olim tam rigosè punitam, geminando ad maximum totius populi ſcandalum renovans, Spiritu Sancto ſæpius id Ei ad æviternum dedecus exprobrante, quod hâc ratione Iſraelem peccare fecerit. Antequàm de hoc Jeroboami *Atheiſmo* quidquam ſtatuatur, non

impertinenter præmittitur, quod de curâ Principis vel Regis circa Religionem à Theologis noſtratibus moneri ſolet, D. *Hülſemanno* poſt alios mentem ſuam hunc in modum explicante: *Quod chriſtianis Principibus curam tribuimus circa gubernationem externam Eccleſiarum pro conſervãdo puro Cultu divino & corrupto redintegrando, pro inſtituendis idoneis Doctoribus Eorumque ſuſtẽtatione & aliis partibus, id abſtractâ qualitate religionis ſeu cultûs jure Gentium ipſis competit, quà principes ſunt, idem facturi pro quocunque cultu conſervando, quem ipſi pro divino habuerint, Quantum enim circa cultum divinum vi patriæ & œconomicæ poteſtatis Paterfamilias in ſuâ familiâ poteſt, tantum jure Gentium poteſt Princeps in ſuo Territorio, quia omnes poteſtates inferiores in ipſo ſunt modo eminenti. Sic Jeroboam adquiſito jure Territorii illicò diſponebat de publico cultu divino quoad locum, perſonas & qualitatem. Et quanquam impiè ageret, adeòque etiam illicitè, circa mutationem qualitatis, quia alia qualitas à Deo determinata, illique ſatis nota erat; extrinſecæ tamen diſpoſitionis facultate uſus eſt ex jure ſtatûs ſui, quod jus eſt ſpecies Juris gentium, ad conſervandam ſocietatem civilem, eamque à diſſipatione tuendam.* Præmiſſis hiſce,

Breb. Theol cap. 20. num. 8.

ce, quid in ipsâ vitulorum erectione Jeroboamus habuerit in animo, & quam graviter eam procurando peccaverit, paucis videndum. *Muisius* in variis Sacris post ipsius historicæ è Regiis Annalibus repetitionem proponit ex eâ hanc quæstionem: *Qui sperare potuit Jeroboamus, persuasurum se populo, vitulos ut coleret, cùm non nescirent omnes, quàm non benè vitulus ab Aarone erectus olim majoribus vertisset?* Ad eam cùm verbis *Kimhii*, Rabbinorum celebratissimi, prolixius respondisset, illud desiderans, quod minimè docuerit, *quid Jeroboamus iis respõderit, qui dicerent aut dicere potuissent, malè & infeliciter cessisse olim vituli cultum majoribus, ideoque se vitulos illos, quos erexisset, nolle venerari nec iis cultum deferre ullum*; suam ita exponit sententiam: *Nempè, Jeroboamum dixisse, vituli cultu Deum olim offensum, quod tum saltem minus sanæ mentis homines non tam Deùm in vitulo, quam ipsummet vitulum coluissent. Oportet sanè Jeroboamum ita locutum, aut nihil effecisse, suadendo suorum vitulorum cultum, &c.* Aliquid, non omnia dixit, Vir aliàs præ multis aliis diligentissimè in Sacris versatus; cui addere placet, quæ D. Dorscheus porrò observavit: *Constat, Jeroboamum fuisse Religionis & Templi Hierosolymi*

Op. Tom. II. p. 47. & 48.

Septen. Ang. Dissert. 3. p. 218. & 219.

lymitani æmulum, postquam in tribus Israel à tribu Juda separatas regnum obtinuit; voluit namque Israelitas, qui pietate in Deum accensi Hierosolymorum cultum etiam post schisma invisuri fuissent, similitudine institutorum intra suos continere terminos. Falluntur enim, qui Ægyptiam superstitionem in principio Regni nondum roborati eum suo proposuisse autumant populo; hâc enim non ab itinere Hierosolymitano, sed Ægyptiaco eos avocasset. Verba quoque consultantis & proclamantis Jeroboami ad similitudinem Religionis sanctæ formata erant. Gentilium Religionis etiam sub Achabo demum Rege publici juris factæ fuerunt in republ. Israelitica, quanquam occulto dudum grassarentur veneno. Et quanquam Levitæ, qui certis ordinibus ad cultum Hierosolymitanum proficiscebantur, ne subditos moverent ad veterem obedientiam, à Jeroboamo fuerint pulsi; manserunt tamen sanctissima Prophetarum Collegia in Carmelo, Silo, Bethele & alibi. Multa insuper millia, divinorum memores Præceptorum, Gentilismum execrabantur. Quando igitur Jeroboamus duos posuit vitulos in diversis regni partibus, & Altare adornavit, & Propitiatorium fabricavit, nihil aliud præstitit, quàm ut Cherubinos Mosaicos & universum sanctuarium diligenter exprime-

ret; impio sanè ausu, C
DEI voluntatem Templo er
assertor Dei & veræ religio
Sed tamen quidquid in suo
totum illud non à Gentilibu
exemplar veteris Tabernac
hæc est causa, cur populu
Benjamin, cum variâ &
ria sese contaminasset,
rum cum gentilium cult
sisset imitatus, nunqua
tulos sibi erexisse, & cu
remoniasque suas adorn
bat eosdem in suo sanctu
rum sanctissimâ specie.
ad commodum populi va
quod molestissimum remo
fuerat, magnis itineribus
minis conspectum pergere,
aut potius fallaciter mitig
vitulos Cherubicos, & in
bulos collocavit. Non pot
nis prolixiora in medium
cum hoc negotium egregi
hæc contra receptam com
dam confirmare. Jam il
ut, qualis Atheismus hic ob
a paucis ostendatur, &q
rum verbis, Serarii nimir

meret ; impio sanè ausu, & gemino contra DEI voluntatem Templo erecto, undè tanquã desertor Dei & veræ religionis reprehẽditur. Sed tamen quidquid in suos transtulit ritus, totum illud non â Gentilibus desumsit, sed ad exemplar veteris Tabernaculi composuit. Et hæc est causa, cur populus tribuum Juda & Benjamin, cum variâ & multiplici Idololatriâ sese contaminasset, & Israeliticorum regum cum gentilium cultibus communionem fuisset imitatus, nunquam tamen legatur vitulos sibi erexisse, & circa eosdem cultum ceremoniasque suas adornasse ; Nimirum habebat eosdem in suo sanctuario, in Cherubinorum sanctissimâ specie. Jeroboamus verò sese ad commodum populi vaferrimè finxerat, & quod molestissimum remotis tribubus dudum fuerat, magnis itineribus ad clementem Numinis conspectum pergere, id ille prudenter aut potius fallaciter mitigaturus, separavit vitulos Cherubicos, & in diversis Regni partibus collocavit. Non potui non hæc quamvis prolixiora in medium adferre, cùm totum hoc negotium egregiè possint illustrare, ac contra receptam communiter sententiam confirmare. Jam illud solùm restat, ut, qualis *Atheismus* hic observandus veniat, paucis ostendatur, & quidem alienis iterum verbis, *Serarii* nimirum, qui ad hanc Jero-

Jeroboami à ſincero DEI cultu Apoſtaſiam ſequentia notavit: *Jeroboamus verum noſtri temporis Machiavellitarum exemplar ſuis in actionibus fuit; ſtatim regni ſui principio humanâ quâdam prudentiâ cogitans, parta tueri quàm quærere, virtutis non eſſe minoris, ſtatuit, ut regnum & vitam retineret, contraria omnia, quam Deus dixerat. Nam veterem DEI cultum abjecit novumque inſtituit, primò,* novos Deos excitando, *ſecundò,* excitãdo novas in editis locis Aras & Templa *tertiò,* novos veteribus ejectis Sacerdotes eligendo, *quartò,* novum Pontificem creando, ſeipſum ſcilicet, cum ipſemet Altare adſcenderet ac offerret; *quintò,* vetando, ne quis Hieroſolymitanum adiret Templum, euntibuſque poneret inſidias, &c. Addit: *Cum duæ illis temporibus tantum eſſent infidelitatis ſpecies, una, quæ verum DEI cultum abjiceret totum, diciturque Paganiſmus; altera, quæ non totum, ſed aliquam ejus partem admitteret, Hæreſis vocatur, ex conſequentibus intelligitur ſatis, Jeroboamum hæreſeos authorem Iſraelitis fuiſſe, licet, quem ad modum ex unâ hæreſi in aliam, adeòque in* Atheiſmum *plerique labuntur, ita etiam tunc ex iſtâ hæreſi ad Ethniciſmum & perfectiſſimam non pauci proruebant Apoſtaſiam.* Quæ vel inſerit vel inſequentibus contra Evan-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [162] - 158
PUBLIC DOMAIN

vangelicorum, quam vocat, hæresin odiosè subjungit, aliàs & alibi operosius excutiuntur. Nobis jam exindè illud observasse sufficiens esse potest, quod mutationem cultùs divini à Jeroboamo sub initium regiminis pro ratione statùs susceptam fuisse viam ad turpem *Atheismum* constet; viam dico ad Atheismum, quem posthâc non in regno Israel solùm, sed & in regno Judæ maxima habuisse incrementa, series Regum in utroq; pluribus exhibet documentis. Etsi enim sperari potuisset, fore, ut post ostensa divini contra Apostatas furoris exempla Successores regii in melius emendarẽtur, adque Patrum suorum Deum sincerumque ejus cultum redirent, experientiâ docti, in pejus semper omnia iviisse ab eo tempore, quo secessus á DEI ad Idolorum observationem est factus, perque longum temporis spatium continuatus; spes illa tamen ut plurimum vana fuit, pleriſque, pauciſſimis eorum exceptis, antiquum obtinentibus; Patrum impiorum & verè *atheorum* vestigia premendo, quin & non semel impietatem eorum per quotidianum malitiæ augmentum superando. Pauciſſimis inquam exceptis, cùm & ii, qui præ aliis serii & sinceri cultores DEI esse volebant, non ab omni omninò *Atheismi*, saltem indire-

directi labe fuerint liberi, hic & ibi non paucis ex seculi genio adhærentibus, quæ homines eos fuisse satis testari potuerunt superque. Mare profundum valdè & amplum ingrederer, si ea, quæ qualicunq; modo huc pertinere videntur, omnia prolixius examinare susciperem; tot enim acta varia occurrunt *Atheismum* sapientia, ut Epistolicæ dissertationi ea includere vix liceat, nisi limites destinatæ brevitatis hactenus, quantum possibile fuit, observatæ audentius transilire velim. E tam multis igitur quædam pauciora seligam, neque ea, nisi quam brevissimè tractabo, lineas tantum ducens, cætera lectoris studiosi committens & commendans meditationibus. Et ut à Principatu regum Juda iterum fiat initium, de *Abiâ*, Rehabeami filio & successore ante jam est dictum, eum Patre meliorem non fuisse, utut insigni contra Jeroboamum victoria divinitus beatum; quæ victoria dum ei ad debitum DEO cultum omni modo præstandum calcar addere potuisset, imò debuisset, cor autem ejus non perfectum fuisse dicitur cum DEO, id est, non sincerum, sed *Atheismo* hypocritico inflatum, *Caußino* id etiam agnoscente & mirante, *quod impium hunc Regem umbra quoque religionis adjuverit*, clamantem videli-

delicet, Deum & sacra penes Judam esse; *& quod eum amicâ eloquentiæ vi populos conciliantem, atque avitæ religionis cultum, licet per speciem, prædicantem secuta fuerit ingens hominum multitudo*, cui in chronicorum libris illud tribuitur Elogium, quod Domino Deo suo confisi victoriam à DEO obtinuerint, eum ut par erat sincerè & ad normam colentes, Rege intus & in cute hypocritâ, adeoque, si & hic verum dicere vel scribere licet, *atheo*. De filio ejus & successore *Asâ* omnia quidem promittuntur meliora, cujus tamen gesta, circa ultimum præprimis vitæ terminum, si rigorosius examinentur, pseudo-politicum Atheismum se in animum ejus insinuasse, manifestum fiet. Non dicam de eo, quod post abolitionem & Idolorum & Lupanarium, Matrem quoq; propriam ob singularis & turpissimi cujusdam Idoli cultum Regno, ut videtur, exesse jussam, excelsa tamen præter imò contra Dei mandatum antehàc exstructa non destruxerit, quod, quia cum aliis quibusdam piis Regibus commune habuit, idque sine dubio à subditis huic cultui longo usu adsuefactis impetrare adeò facile non potuit, humani aliquid passus, quoquo solet excusari modo, utut cum laudatâ Pietatis, quam aliàs præ se ferebat, integri-

de Regno DEI, Dissert. 82. p. 192.

tate vix ſtare poſſe videatur. Illud ad *Atheismum* pſeudo-politicum omninò referri debet, non quod ſimpliciter cum Benhadado Syrorum Rege fœdus iniverit, deteſtando nimirum Idololatrâ & indè *atheo*, quamvis de hujus generis fœderibus à Juris politici conſultis non mitius ſemper indicium ferri ſoleat; neque quod contra gentem & tribus Iſrael, majorem populi illius partem, qui *Abrahamum, Iſaacum & Jacobum* pro Patribus agnoverunt, tot à DEO eorum reſpectu promiſſionibus & Beneficiis adfecti hactenus; quin nec, quod tantò pretio, theſauris non ſolùm Regiis, ſed etiam Sacris in id nefariè impenſis, quæ tamen ſingula non parvum rei huic in ſe non adeò bonæ momentum addiderunt, quâvis circumſtantiâ actionem hanc minimè laudabilem adgravâte; ſed quod Benhadadum per antecedaneum fœdus Regi Iſrael obligatum contra omne Jus ad deteſtandam & verè *atheiſticam* impulit perfidiam, notanter id etiam cum aliis obſervante noſtro *D. Brentio*, amplius id deducente nupero Scriptore Anti-politico, non ſemel hactenus citato, è quo, quin aliqua huc tranſcribam, intermittere non poſſum, ob cauſam, quam proximè explicabo. Ita autem de hoc negotio ſcribit: *Non decuit*

Bid. Cauſſin. l. cit. Diſſert. 48 p. 117. Reinking Pol. Bibl. lib. II. Axiom. 204. pag. 235.

de Ortu & Progr.

decuit Benhadadum, Syriæ Regem, fœderi cum Israel inito non stare, fidemq; Ei datam violare, neque potuit ad evitandam perfidiæ notam recurrere ad Pseudo politicorum pro nuntiata, ipsi naturali rationi contraria, de quâ in paulò antecedentibus contra Pseudo-politicos hæc graviter monuit: *Non defuerant Politici, qui dicere ausi sunt, fidem fœderum, quâ Princeps se obstrinxit fœderi, servandam non esse, si promissæ fidei pœnitentia acceserit; vel Principem posse dicere, se non seriò imisse fœdus, sed promissa sua posuisse inter aulicas civilitates, à quibus nulla obligatio nascatur.* Respondet Scriptor antipoliticus: *Voces hæ omnes in Principem cadere non debent, imò inter barbaras & homine ingenuo indignas reponendæ sunt. Etenim, si quoties pœnitudo acceserit, toties possint rescindi pacta, quæ fœdera, quæ pacta stabunt; quæ in humanis erit fidei securitas? Evertetur, quidquid humani est juris, quidquid fidei; nec ulla pactis aut fœderibus erit firmitas, nisi paciscentium votis responderint. De Aulicis autem civilitatibus* (atheisticis potius incivilitatibus) *& mendaciis quid dicam? Non cadunt ea in Principem; Theatro sunt & Comicis digna fabulis, non iis, qui Virtutem Morumq; probitatem profitentur, multò minus Principibus, quos labi-*

Sp. pseudo-polit. libr. 10. cap. 9. num. 5. pag. 548. & 549.

um mentiens prorsus dedecet Addit posthæc & superius jam adducta : *Verùm, hic non moror Syrorum Regem, quia barbarus erat, expers humanitatis, majorem pretii ab Asâ oblati, quàm honestatis ac Virtutis habens rationem. Illud quæro, an licuerit Asæ, Regem barbarum impellere ad id, quod ei per ipsas Naturæ leges facere non licebat ? Videtur ex ipsis terminis esse notissimum, quod illicitum sit, alium impellere ad id faciendum, quod ei facere non licet ; atque ita, si non licuit Regi Syriæ fœdus rescindere, quod cum Rege Israel habebat, sequitur, Asam non caruisse culpâ, quando Syrum pretio oblato ad ejus rescissionem invitavit.* Etsi autem per quatuor genera fœderum hoc Asæ factum examinans in recensione ultimi tantum aliquid inveniſſe ratus sit, cujus respectu aliquâ saltem ex parte excusari posse videatur, optimè tamen post uberiorem eorum expositionem subjungit: *Quidquid horum fœderum inter ipsos fuerit, dicendum est, totum hoc negotium unicè à Spiritu Pseudo-Politico,* adeoq; quod idem est, atheistico, *fuisse adornatum, cùm Asa motus fuerit rationibus humanis, DEO invisis, & usus sit mediis illicitis ad Syri societatem obtinendam,* &c. Visum est, hæc non impertinenter adponere, adque cætera, quæ uberius ibi expo-

expoſita leguntur, digitum intendere, quia egregiè poſſunt inſervire contra ea, quæ non ita pridem *Sinnichius* pro Juliani Cardinalis ſuaſoriâ ad violandum fœdus cum Turcis initum, Oratione ante hos ducentos & viginti quatuor Annos habitâ prolixiſſimè congeſſit, ſerenius judicium promturus, ſi ipſos ſuper totâ re evolvere voluiſſet Hiſtoricos, qui ſine partium ſtudio cum dictâ Juliani Cardinalis oratione inter alia id quoque notârunt, quod à fœderis violati reatu, quicunque etiam ei negotio fuerint immixti, nullo excuſare poteſt modo. *Bonfinius* certè, Hungarorum Livius, aliter longè de hâc fœderis violatione cenſuit, poſt recenſitam Juliani Cardinalis orationem, ſequentia addens: *Ex conſulto Senatûs & Regis authoritate Pax cum Turcis inita abrogatur, & malis auſpiciis antiquatur, quandoquidem ſine authorum abrogationis exitio Numina, quæcunque Pacis ac Fidei jura tuentur, id fieri noluêre.* Et poſt aliqua: *Turcarum intereà Legati, repentinæ perfidiæ neſcii, promiſſa ex convento præſtiterant.* En expreſſam perfidiæ notam, quam fœderis violatoribus inuſſit Hiſtoricus, qui inſuper poſt longiſſimam conflictûs ab utraque parte acerrimi deſcriptionem illud cum ſingulari obſervatione notavit, *Amurathem*

in Saule Ex-Rege, lib. 1 cap. 49. num. 179. ſeqq. conf. Voluſ. in Aurorâ Pacis, p. 43. & ſeqq.

Dec. III. lib. 6. p. 459. ſeqq.

murathem, Turcarum Imperatorem, quùm suos à Rege Uladislao non sine magnâ cæde fugari conspicaretur, è medio suorum agmine obclamitando, ad expianda violatæ fidei piacula, ad ulciscendam christianorum perfidiam, & ad vindicandum jus rescissæ Pacis incendisse, ac depromtum è sinu codicem initi sanctissimè fœderis, explicando, intentis in Cœlum oculis ingeminasse : Hæc sunt JEsu Christe fœdera, quæ christiani tui mecum percusserê. Per Nomen tuum sanctè jurarunt, datamque sub nomine tuo fidem violarunt, perfidè suum DEum abnegârunt. Nunc Christe, si DEus es (*ut ajunt, & nos hallucinamur*) tuas measque hic injurias, Te quæso, ulciscere, & his, qui sanctum tuum Nomen nondum agnovêre, violatæ fidei pœnas ostende. *Sequitur apud Historicum:* Vix hæc dixerat, qui ultimum in se impetum expectabat, cùm prælium, quod anceps ac dubium diu fuerat, inclinare cœpit, *Et post plura valdè tristia & quam-maximè luctuosa, quæ in fine conflictûs evenerunt :* Tales pœnas exauditis Turcæ imprecationibus à christianis Deus justus exegit. *Et iterum, postquam ipsius Uladislai Regis mortem pluribus exposuisset :* ob commissum ingens violatæ fidei piaculum, ad placandum Numen iratum, hanc sanctam

& im-

& immaculatam Regiamq; victimam devovi DEus sibi voluit, &c. *Spondanus* quidem, Appamiarum in Galliâ Narbonensi Episcopus, citata Amurathis verba cum Epicrisi *Bonfiniana* citans, existimat, hæc oratoriè magis, quam verè dicta esse, voluisseque *Bonfinium* ornatius & copiosius referre, quod *Callimachus*, à quo ipse sua deprompsit, breviter dixerat, Amurathem suos in medio conflictu adhortantem dixisse, DEUM fœderis testem, formidinem fugamque & cædem in Pacis fideique violatores conversurum. *Odoricus Raynaldus* etiam in auctiori Annalium Ecclesiasticorum compendio ita suam de hoc fœderifragio sententiam explicavit: *Qui tantæ cladis culpam in Julianum Cardinalem conjiciunt, quod Vladislaum ad redintegrandum in Turcas bellum pellexerit, iniquè admodum de eo sentiunt. Imò, plurimum commendandus est, quod in eâ re sedis Apostolicæ partes egregiè egerit, Rege in christiani nominis hostes intensissimos concitato, cùm læsâ parte Christianæ reipublicæ universa lœdi censeatur, nec non Apostolicæ literæ doceant, nefas esse, Sacramenta in ejusmodi rebus inconsulto Pontifice Romano, nuncupare, nec sapientis viri sit, consilia ex eventibus judicare.* verùm sicut nemo non aliquâ pol-

ad Ann. Christi 1444. num. 8.

ad Ann. eund. num. 10.

lens judicii sinceritate videt, quorsum hæc ab utroque scriptore partibus nimium addicto monita pertineant; ita si alios etiam præter *Bonfinium* Historicos, à temporibus illis, quibus hæc sunt acta, minus remotos, ad ferendum vocemus judicium, observabimus, aliter omninò tum temporis & in contrarium planè eos censuisse. Primum in corpore Historicorum & Geographaorũ *Hungariæ* sub initium sæculi hujus editorũ *Turozius*, natione Hungarus, primum obtinet locum, qui & de fœdere cum Turcis inito, & de bello post fœderis violationem gesto, quid de utroque prudenter senserit, indicare non prætermisit. De ipso fœdere hæc notavit: *Johannes VVayvoda pro rege & pro se proque omni Hungaricæ plebis parte, Turcorum VVayvodæ pro Cæsare eorum ac cunctâ Domini ejusdem gente, tam decennalium treugarum, quàm aliarum rerum tunc firmatarũ, pro observatione, Realia deposuerunt juramenta* QUÆ UTINAM DEPOSITA FUISSENT NUNQUAM. *Nam postea treugis iisdem per Regem & Dn. VVayvodam inducente Dn. Juliano Cardinali ruptis, bellicæ res ipsius Regis & Domini VVayvodæ in aliam commutatæ sunt sortem. Dominus Julianus Cardinalis enim omni suo posse apud Regem apudque Dn. VVayvodam instabat*

de Rebus Sigism. cap. 41. & 42. pag. 150.

ſtabat, ut rupto inducíarum fœdere Turcorum Cæſarem armis invaderent. Dicebat, quod promiſſa fides infidelibus ſervari deberet minimè, Deoque injurioſum ajebat, quod ipſi nobilem illam divinitus eis datam Eccleſiaſticæ religionis contra hoſtes victoriam ingrato tractarent corde, ac DEI voluntatem, quæ in hoſtem exequi deberet, hoſtis commutaſſent in voluntatem. Impulit ergò illos crebris perſuaſionibus Illicitum Ad Facinus, *& viros, quos mors ferrumve totiens vincere nequivit, molli tantum linguâ vicit.* Hæc Author ſuo & hoc etiam tempore æſtimandus, cui non impertinenter adjungitur *Ritius*, operi *Bonfiniano* inſertus, ſecundo de Hungariæ Regibus libro ſummatim hæc ita deſcribens: *Inducia annorum decem Turcas inter & Hungaros pactæ ſunt, quas Hungari gravi ſuâ clade violaverunt.* pag. m. 851

En expreſſam violationis ſignificationem! Addo, neque illud impertinenter, *Sinnichium* in hujus facti vindiciis ægrius ferre, quod *Lanſius* in contra Poloniam oratione ex ſuis Authoribus, quorum nomina lateri adſcripſit, Hungaros in Pacis pignus hoſtiam conſecratam Turcis tradidiſſe memoravit, quam fictionem adeò portentoſam eſſe exiſtimat, *ut nemo cordatus ſine horrore eam audire, nedum legere poſſit. Itanè enim,* ſcribit,

ram efferri, bardi, ſacrilegi fuêre illi chriſtiani-catholici, ut Deum ſuum immaniſſimo chriſtiani nominis hoſti oppignorarent, & ſecum in manibus comportandum traderent? Atqui, qui ante hoc decennium, ad exemplum & imitationem *Petri de Recoâ*, rerum Hungaricarum Decades cum augmento edidit *Jongelinus*, Regni Hungariæ, ut audit & legitur, Hiſtoriograph⁹, è *Boſquicri*, Scriptoris è Franciſci ordine nominatiſſimi, *Vegetio*, quem ſcripſit, chriſtiano idem confirmat, hanc addens cenſuram notatu ad præſens inſtitutum quam maximè dignã: *quod ſi ita eſt, an gravius ad perjurii pœnam pondus accedere potuit?* En & hic expreſſam perjurii mentionem. Sequitur ibidem: *Quid enim illud fuit aliud, quam legitimum Sacramenti uſum horrendo abuſu profanare, & quia crimen violationis conventorũ communi conſuetudine in obſides redundare ſolet, annon fuit Chriſtum* (ſecundum illorum placitum, qui in hoſtiâ conſecratâ extra uſum verum Chriſtum eſſe profitentur) *ſub jus barbaricum prodere, Deum pro populo ſuo ſpondentem ludibrio hoſtium exponere? Ideò & poſt hoc factum mutatam belli fortunam adfirmãt, quando in Prætorianorum phalange Vladiſlaus fortiter pugnans collapſo primùm equo ex vulnere occubuit.* Utitur ſanè in

Cent. V. pag. 374

nè in puniendis suis & malorum operâ Deus, cujus vindictæ hanc cladem omnes adscribebant. *Epitaphium ejus tale legitur ibidem:*

Romulidæ Cannas, Ego Varnam clade notavi; *conf. Nadã. Flor. Hungar. lib. 3. cap. 10. in fin.*

Discite mortales, non temerare fidem-
Me nisi Pontifices jussissent rumpere fœdus,
non ferret Scythicum Pannonis ora

Hic & Julianus Cardinalis, Varadiensis etiam atque Agriensis Episcopi fugientes periisse narrantur cœno in paludibus suffocati. Julianus nudus in viâ repertus, multis vulneribꝰ saucius. Sunt, qui eum à suis judicant fuisse trucidatum, ut inauspicati prælii consultorem pessimum. Videant itaque Consultores, ne Principibus contra æqui & honesti rationes suadeant; nam talia molimina improsperè cedunt, & illi, qui paret, &, qui consulit. Undè tritum illud: Consilium malum consultori pessimum. Omnia hæc habet Jongelinus, quibus insuper accedat, quod per compendium exhibet nuperus *Mausolei Ducum & Regũ militantis Hungariæ Structor*, sequenti Inscriptione rem hanc exponens:

Uladislaus

Decem annorum indulgentiam concesserat Tyranno.

At

At quia tantum publici Boni thesaurum
inconsulto Eugenio Papâ incautius dispensavit,
vel facti pœnitens, vel lœsi sum mi capitis,
quæ feliciter posuerat, infelicissimè resumsit arma.

Quia fidem non servavit,

pugnatum ad Varnam, luctuoso Patriæ spectaculo;
nam plus ter quinque millibus christianis tragico,
Sacris ac profanis purpuris funesto,
super hæc Regi ipsi infeliciter acerbo.

Utpotè
Cui non modo è vivis, sed etiam mortuis amisso,
nulla pro tantis meritis licuit rependere justa
adflictæ pro Uladislao suo Patriæ.

Ego nihil hic amplius addo, cùm judicio præditus Lector ex citatis hactenus non unius Historici fide digni narrationibus additisque eorundem censuris facili operâ judicare possit, annon ea, quæ paulo ante ex Scriptore *Anti-politico* prolixius contra *atheisticas* fœderum & pactorum violationes fuerunt adducta, hic quoque al

aliquem occupare possint locum, imò jure debeant. Ut autem, post hanc non importunam fortè, neque adeò alienam à præsenti instituto & tempore digressiunculam, ad *Asam* Regem, turpissimi etiam & *atheistici* verè fœderifragii instigatorem redeamus, illud non parũ hujus facti scelus detestandum auxit, quod à Deo per Prophetam *Hananum* de ejus iniquitate seriò & severè monitus, monitorem adeò ferre non potuerit, ut eum contra omne Jus *atheistico* quodam furore correptus, in vincula conjiceret, eo ipso testatus, nolle se à quoquam, quin nec ab ipso etiam DEO, tanquam Summum Magistratum, cui quod libet liceat, in posterum corrigi, aut quasi ob malè vel iniquius facta reprehendi. *Æquâ quidem ta-* *Thesaur. in Geneal.*
lione, trienni podagra, felleæ bilis filiæ, cruciandus traditur; & qui Vatum pedes nervis arctaverat, pedum nervis arctatur. At de crimine pœnam traxit, de pœnâ crimen. Ad nobilem enim illam pestem, Medicis fortiorem, Medicorum manus implorat, non DEI; hoc etiam ipso magis magisq; *Atheismi* crimine, Spiritu Sancto indice, infamẽ & Deo exosum se reddens, utut ante obitũ, prævia peccatorum agnitione & seriâ per Pœnitentiam conversione, cum DEO reconciliatum aliqui interpretum non improbabiliter

liter credant. Jam si è Regno Juda ad Regnum Israel excursum facere vellemus, magnam & planè novam *Atheorum* segetem è Jeroboami successoribus metere liceret. Primariò autem jam id non agitur, ut undecunque *Atheos* colligamus, quod operosum nimis esset, sed potius ut ostendamus in populo DEI nunquam ferè eos defuisse, qui numerum hunc augere possent, & inter quos, vel etiam sub quibus vivendum fuit sinceris DEI cultoribus. Etsi autem in Regno Israel omnem defiisse pietatem non sit existimandum, postquam Jeroboamus per Politicissmum *atheisticum* pro ratione status sui conservandâ vitulorum cultum introduxit; magnam tamen quoad verum DEI cultum in decem tribubus factam esse Apostasiam, stratamque viam ad turpem *Atheismum*, è supra dictis facilè constat. Maxima postmodum sumsit incrementa hoc malum, per sextum à Jeroboamo Regem Israel, *Achabum*, qui non contentus mutatâ cultûs ratione, per directum quoq; *Atheismum*, ab uxore Idololatricâ seductus ipsum cultûs objectum mutavit, loco DEI Trin-unius *Baalem* Sidoniæ regionis Deastrum exstructo eidem Templo & plantatis in eis honorem lucis colens & adorans, atque hâc ratione, Spiritu Sancto judice, plus-

quàm omnes sui Antecessores contra Deum agens, *Atheorum* non minimus, sed inter maximos. Mirum hinc non fuit, quod detestandum hunc *Atheismum* secuta sint tot scelera, tempora regiminis sui tam turpiter diffamantia, quæ copiosius recensere ob ampliorem eorundem numerum supersedeo. Eminet inter ea id præprimis, quod contra innocentem *Nabothum*, ob vineam jure hæreditario ei propriam, instinctu *Isabellæ* Uxoris per *atheisticam* statûs ratione ausus est, vel ad minimum fieri permisit, quod nullo per omnia modo permittere debebat. Non deesse quidem videtur, quod contra incivilem & minus politicam Nabothi rusticitatem posset allegari, Regi id denegantis, quod, si jure regio secundum quosdam uti, vel potius abuti voluisset, in potestate & manu Regis erat. Sed si observaverimus, quæ post alios nuper modò D. *Dannhaverus* de hâc Controversiâ judicavit, serenius quoque & mitius de Nabothi erga DEI legem observantiâ censebimus. Ita autem Præceptor desideratissimus: *Peccasset ille quâdam rusticitate, quæ Regi stomachum movebat; nisi religione Legis deterritus esset, ne avitum fundum inalienabilem, perque summum terræ Cananææ possessorem Dominum à jure regio exceptum, in perpetuum* Theol. Consc. p. 887. conf. Sopran. in Davide, p. 504.

um venderet, Cui Mosaico juri optimis rationibus firmato, utpote antiquiori, cedere debuit jus despoticum recentius. Injustitiam petiti Achabici fassa est Jezabel ipsa, suâ molitione nefariâ, secretâ, subdolâ, quâ titulum petitionis mutavit, quæsito juris prætextu, ut non amplius esset Nabothi fandus, sed Fisci; rata, vivo Nabotho legitimè eripi non posse id, quod jure possederat. Sed nec positivè restituisset Achabo Nabothus, si ille vi rapuisset. Solummodò negavit; si subrustice, non tamen seditiosè, & sine crimine Majestatis læsæ. Tot certè in hâc actione concurrunt crimina, quot vix in ullâ aliâ; nimirum mendacia, perjuria, emta testimonia, corrupti Judices, inversa judicia, sublata innocenti per summam injuriam authoritas, ademtus honor, vita subtracta. Et quis hæc auderet, nisi fœmina, quam inflat potentia, audacem facit superbia, rapit cupiditas, inflammat iracundia, deserit pudor, *& quod rei caput est totiusque scelestissime actionis fundamentum, ipsissimus occupat* ATHEISMUS, Viro, quod ex severissimâ DEI comminatione per Eliam factâ constare potest, omnium horum non ignaro, sed probè conscio, adeòque ejusdem cum uxore sceleris *atheistici* reo. Non enim est putandum, Deum tam rigorosè cum eo expostu-

Franc. Carrtere in Comment. ad h. loc.

laturum

laturum fuisse, nisi Uxoris *atheisticæ* instinctu se ad hæc omnia seduci passus esset, gravissimas ideò à Prophetâ minas audire coactus, tristissimasque non unius mali prædictiones. Pœnitere quidem hæc audiens videri voluit. Sed, ut verba *Sancti* hic mea faciam, *Vana prorsus est illa pœnitentia, quæ vestimenta conscindit, tundit pectus, conspersit caput cinere, cibos adimit abundantes & molles, adhibet insuaves & parcos, & cor nihilominus relinquit intactum & integrum, neque exuit antiquam intemperantiam, non deponit odia & studium vindictæ, non restituit, quæ per vim aut fraudem ablata sunt, nihil denique mutat interius, cùm tamen omnia aut pleraque mutet, quæ ad externam corporis speciem & habitum pertinent.* Fiat horum ad pœnitentiam Achabi explicatio, & adparebit, spiritum ex animo ejus *atheisticum* pseudoque-politicum per externam hanc pœnitentiæ simulationem non esse eradicatum, sed omnia hæc ab eo hypocriticè gesta, & si quid Pœnitentiæ huic inesse vel fuisse credendum sit, non à Virtutis Deique sincero amore, sed solo pœnæ minarumque metu profectum fuisse, id quod *Sanctius* porrò fateri debuit, scribens: *Talis est Achabus, in quo pœnitentis adparet spirans quidem & vivum simulacrum; sed*

ſimulacrum tamen, in quo neque ſpiritus eſſet, neque vita. Quæ enim in eâ Pœnitentiâ vita, quæ neque reſtituit vineam, quam iniquè poſſidet, neque ablatum honorem illi, qui ipſo conſcio & non invito tanquam blaſphemus accuſatus & lapidatus eſt, cùm tamen pro munere ſuo tam crudele facinus impedire debuiſſet; cùm non exemerit è vinculis Michæam, quem paulò ante continebat in carcere, neque Simulacra confregerit, quæ ad Uxoris vota ſeu Imperium in Iſraeliticos fines induxerat; neque aliquod aliud ediderit animi pœnitentis ſignum, præter illam ſpeciem externam, quam intuebantur alii, quiq; non tam ſtudebat obtinere peccati veniam, quam retinere Regnum, & evitare mortem, quorum metum Prophetæ durum vaticinium incuſſerat. Satis iterum ex his conſtat, Achabi animum *atheiſmo* pſeudo-politico & idololatrico imbutum, per hanc pœnitentiam externis geſtibus ſimulatam, aut parum aut planè nihil immutatum inque melius emendatum fuiſſe. Quamvis enim *Sanctio*, cujus citata ex aliorum mente intelligi debent, magis veriſimile videatur, *veram fuiſſe Achabi pœnitentiam, verè Eum de culpâ doluiſſe, verèque Deum placare ſibi ſtuduiſſe*, rationes tamen, quas producit, ejus non ſunt ponderis, ut id extra omne dubi-

dubium ponere poſſint, ſ
oratori ſubjiciantur ex
em hic præterea eſt ob
Atheiſmum improbiſſim
olatricum adhuc ſemel
buiſſe eum toti populo
mum æquè turpem Syn
qui plerumque in dece
occupavit, acriter ab
Prophetâ, ob id caſtig
tramque partem cultû
Religione adſuefi erat
tiam Regis & Reginæ
ſent, D. Brentio hanc
paraphraſin edente: Q
utroque claudicatis pede
coli cultibus ſuis in Lege
eos peregrinis ſolos, quam
nihil Legi ejus addatur
ſit ad dextram declinãdu
Sin verò putatis, Eum co
& peregrinis, quum rejecta
ſolos cultus peregrinos adſ
vobis eſſet, totam DEI
quam impietatibus veſtr
tati quoque hic & alias
thodoxus hic Interpres,
go ſolet æſtimio dignus,
ribus conſiderandum p

dubium ponere possint, sicut patebit, si accuratiori subjiciantur examini. Illud autem hic prætereà est observandum, ut ad *Atheismum* improbissimi Regis hujus idolatricum adhuc semel respiciamus, præbuisse eum toti populo ansam ad *Atheismum* æquè turpem Syncretisticum, utpotè qui plerumque in decem Tribubus corda occupavit, acriter ab Eliâ, animosissimo Prophetâ, ob id castigatorum, quòd in utramque partem cultûs divini, cui à Patriâ Religione adsueti erant, & Baalitici in gratiam Regis & Reginæ hactenus claudicassent, *D. Brentio* hanc verborum Prophetæ paraphrasin edente: *Quousque vani estis & utroque claudicatis pede? Si judicatis, Deum coli cultibus suis in Lege ordinatis, cur non eos peragitis solos, quando præceptum sit, ut nihil Legi ejus addatur aut auferatur, nec sit ad dextram declinãdum, nec ad sinistram? Sin verò putatis, Eum coli cultibus extraneis & peregrinis, quin rejecta atque abolitâ Lege solos cultus peregrinos adsumitis? Consultius vobis esset, totam DEI Legem relinquere, quàm impietatibus vestris profanare.* Notari quoque hic & aliàs meretur, quod orthodoxus hic Interpres, majori quam vulgò solet æstimio dignus, in proximè sequẽtibus considerandum proposuit: *Pendet*

Vid. Ur. sin. Anal. Tom II. pag. 298. & seqq.

cõf. Zehner. & Del-Rio in Adag. S.

vulgus non à Verbo Domini, ſed à Principum & Regum ſuorum authoritate. Quam Religionem Reges colebant, eam ſequebatur quoque vulgus. Neque enim eſt, quod vulgus ſive veteris ſive novæ, ut vocant, Religionis intelligat rationem; utramq; pariter ignorat. Itaque eam amplectitur, quam videt tutiorem & ſecuriorem eſſe, non quam cognoſcit diviniorem. Nec mirum, quod Regis fidem & cultum ſecutus ſit Iſraelis populus, quando videbat Veram Fidem & cultum magno conſtare periculo, & veros Sacerdotes paſſim ejici è Regno, partim occidi. Quæ ſicut utplurimum ita ſe habeant, quam vis fortè unum & alterum in contrarium poſſit adduci exemplum, ita ſummos Magiſtratus eò magis oportet eſſe ſollicitos, ne in DEI cultu averſo aut ſyncretiſtico, & conſequenter anti- & *atheiſtico* ſubditorum ſcandaloſi ſint anteceſſores, eosdemq; unà ſecum damnabili exemplo à mediâ revelatæ Veritatis viâ abducant, & tanquam pravi ſeductores in exitium inevitabile inducant. Eò magis autem hic Achabi *atheiſmus* fuit deteſtabilis, quò majori damno non tribus ſolùm Iſraeliticas, ſed Regnum Judæ quoque, inque eo Regem aliàs optimum & DEO ſeriâ pietate deditum adfecit & infecit, tantumque non planè interfecit, *Joſa-*

pha-

phatum dico, omnibus regiis virtutibus instructissimum, nonque parum à DEO amatum, multis in exemplum. Qui dum plurima, tam ad promovendum & omnibus modis conservandum DEI cultum, quàm ad Justitiæ administrationem nemini non faciendam egregiè & DEO auspice cum multo Reipublicæ incremento instituit, optimamque sibi famam & laudem, tanquam Regis ad normam facti conciliavit; per amicitiam tamen cum Achabo, Rege *atheo*, importunissime initam, junctamq; ex Filii matrimonio Adfinitatem, ejus atheismi semina Regno Judæ iterum intulit, quæ Pater ipseque Ejus exemplo non planè nullo cum labore antehàc penitus eradicare studuerant, *Caussino* id sequentibus verbis explicante: *Ingens animi tormentum amicitia, quæ sæpè domat antea indomitos, & blandè flectit in deterius etiam, qui constanti pietate videbantur. Erat Josaphato comis vita & convictus facilis; odisse poterat vitia, vitiosos à se undique arcere non poterat. Subrepsit in familiaritatem ejus Achabus per delitias & amœna vitæ, magnificè Eum excipiens in Regno. Indè amor imprudens & adversus amantem cœcus non consideravit funestum odiis divinis & detestabilem Achabi domum; non animadvertit* de Regno Dei, Dissert. 84. pag. 195. & seq.

tit, illic omnia per Iezabelem furiam agitari & turbari. Cereus in Amicitiis fuit, qui ferreus in hostes steterat; non tantum enim armorum cum eo societatem inivit, sed pessimum etiam sanguinem per matrimonium suo immiscuit. Ex eo malorum alias in Josaphati domum fluxit, & seris nepotibus tantæ pestes, id quod animosus Propheta ei objecit.

de Ortu & Progr. Sp. pseudopolit. libr. 10 cap. 29.

Eadem ferè utut aliquibus hinc indè insertis, habet citatus sæpè Scriptor Anti-politicus, ut hunc imitari voluisse videatur. Undè illud & hic manifestum redditur, quod supra jam observatum fuit, devotos etiam Deoque addictos Reges non rarò se *atheismo* ad minimum indirecto obnoxios exhibuisse, ac aliquâ ejusdem labe cæteras virtutes suas omni laude dignas si non in totum obscurasse, ex parte aliquâ tamen maculasse; quamvis, si pro rerum humanarum statu & conditione, quod res est, dicendum sit, optandum omninò esset, nullos successorum in utroque Regno pejores & *Atheismo* magis directo nimisq; crasso addictiores fuisse. Ut enim de Regibus Israeliticis nihil amplius dicam, ne Dissertatio hæc Epistolaris in nimium excrescat, cùm satis sit superque notum, nullum ex eis non *Atheum*, & plerosque in summo etiam gradu fuisse, prementes nimirum vestigia antecess-

teceſſoris Jeroboami, usque dum *Atheiſmo* eorum DEI iram & meritas jure pœnas provocante decem hæ tribus non ſolùm Regiâ dignitate & omni Imperio privatæ, ſed in univerſum omnes, veſtigia Regum atheorum calcantes, expugnatâ Sede Regiâ & Metropoli Samariâ in perpetuam adeòque graviſſimam à Rege Aſſyrio abductæ ſunt captivitatem, inque eâ temporis ſucceſſu omninò deletæ, id quod, *Spizelio* Eruditiſſime, ſub finem laudatæ ſuperius Diſſertationis Ante-*Monzezinianæ* ex Oraculis Moſaico-Eſajanis poſt alias luculenter probatum dediſti; ut, inquam, de Regibus Iſraeliticis nihil amplius dicam, ea *Atheiſmi* exempla in Regno Judæ ſuper adhuc ſunt, quæ ſi ſecundum omnes explicare inſtituerem circumſtantias, multum operæ porrò inſumendum eſſet ad finem hujus Hiſtoricæ recenſionis poſt longiorem in eâ moram properanti, & hinc digito tantum indice monſtraturo, quæ huc aliquo modo pertinere videbuntur. Vidimus autem proximè *Joſaphatum*, Regem præ multis valdè pium, non tamen omninò ab *Atheiſmi* labe immunem. Pejor multò & *Atheiſmo* longè propior fuit Filius & in Regno ſucceſſor *Joramus*, ab uxore Athaliâ, Achabi & Iſabellæ filiâ, ad quævis ſcelera,

lera etiam immaniſſima inductus, nominatim ad Fratricidium, Muhammedanis hodiè Imperatoribus ſolennè, cui addidit multorum in Regno Principum Virorum, & quod probabile videtur, orthodoxorum DEI cultorum, immaniſſimam trucidationem, id quod DEI loco graviter ei improbravit Elias jam cœlicola, miſſis ad eum literis, juſtas ob id pœnas minantibus, de quibus non ita pridem Theologus quidam Tubingenſis Diſſertatione peculiari enucleatiſſimè egit. Id dum nec ipſe, nec uxor Athalia, nec Filius & in Regno itidem ſucceſſor *Achaſias* ad animum revocârunt; Illo quidem peccata ſua non agnoſcente, ſed impœnitenter moriente, hoc autem & à Matre & à Conſiliariis *Atheiſmo* infectis miſerè ſeducto, propriamque accelerante perniciem, Illâ etiam cæteris ſceleribus Nepoticidium contra omnem Naturæ pleriſque etiam Brutis obſervatæ legem addente, ut ſola videlicet Principatum teneret, proque lubitu tyrannidem in quosvis ſinceros DEI cultores exerceret; hinc debitas juſto ſcelerum vindice Deo pœnas luerunt, *Joramo* viſcerum doloribus juxta Eliæ vaticinium miſerè cruciato, & poſt biennium miſerè enecto, *Ahaſia* à Jehu DEI flagello poſt annuum regimen interfecto, *Athaliâ* quo-

Conf. Hackſpã. 2. Paral. 21.

quoque heroico Sacerdotis Jojadæ ausu & jussu justè interemtâ, Pontifice nihil suæ vocationi contrarium agente, id quod *Abulensis* apud *Caussinum* benè animadvertit, multas ob causas Athaliam jure cæsam statuens, *primùm*, quia Filii sui liberos, suos nepotes, legitimos Regni hæredes, non Mulier, sed Fera crudeliter occiderat, non sexui, non minusculæ parcens ætati; *Deindè*, quia non contenta tot cædibus, Joam Regem ipsum, quem subreptum ægrè ferebat, eodem fato involvere parabat indies, si perrumpere in ejus latebras posuisset. *Præterea*, quia regnum nullo Jure invaserat, nullâ civium stipulatione, nullo ejus, qui tum Jus habebat, consensu; mox rerum potita permiscebat omnia, non retento tantum, sed aucto etiam nefariæ superstitionis cultu. Justè igitur punita accepit debitam crudelissimæ & atheisticæ immanitatis suæ mercedem, in exemplum omnibus, quibus DEum contemnere lusus est & delitiæ. Equidem *Joasus* per Aviæ hujus suæ mortem in sede Regiâ confirmatus, sub piissimi Antistitis Jojadæ, conservatoris sui disciplinâ ad optima quævis educatus omni laude digna Principatus sui habuit initia, proavum Josaphatum redivivum q. Regno sistens, magnamque spem & expectationem de se

Dissert. 87. p. 200. conf. D. Dorsch. ad Exod. cap. 4. Dissert 8. num. 24. p. m. 152.

omnia in priſtinum optatæ tranquillitatis ſtatum reducturo ſubditis faciens, inſigni circa Cultûs ſoli DEO debiti reſtaurationem zelo animatus, nihilque intermittens, quod ad reliquam populi felicitatem faciebat. Sed cum multâ obſervatione illud Elogio ejus inſeruit Sacer Hiſtoricus, duraſſe hanc Joaſi pietatem, quamdiu Pontifex Jojadas digito quaſi manus ejus rexit greſſusque ad DEI nutum direxit; eò enim mortuo alia longè regiminis facies multumque à priſtinâ fuit mutata, & ô utinam non in pejus! videlicet, quod *Cauſſinus* etiam ad proximi Regis vitam ejusque delineationem notavit, omnia ferè improborum etiam Regum & Principum initia ſunt lœta & illuſtria, progreſſus verò ſcelerum contagione fœdantur. *Joas igitur*, ejusdem Scriptoris verba iterum mea facio, *partim virtutis tædio, partim Ingenii facilitate, & obſequiis Principum delinitus & actus in præceps, Idolorum permiſit cultum*, PER HUNC IPSUM TURPI ATHEISMO FŒDATUS. Portentum ingens, Regem à puero tam caſtis inſtitutum Legibus, in juvenem primùm, deinde in virum evadere, conſtanti ſemper fide; ſenem tanto laboraſſe delirio, ut ſpreto DEI Templo, quod ipſe valido excitaverat conatu, ad ne-

fariam

fariam deflecteret superstitionem. Neque hic stetit *Atheismi* non levitas, sed summa gravitas. Accensus pio è Cœlis Zelo Jojadæ Filius & in officio Sacerdotali dignus tãto Antecessore Successor, *Zacharias*, publicè & in solenni conventu Ecclesiastico *atheisticam* hanc à verò DEI cultu Apostasiam populo, ut fieri solet, cum Rege communem castigavit, gravissimas à Deo populum deserturo minas adjiciens. Nihil verò aliud sincerus hic, utut severus etiam monitor imperravit, quàm ut, dum cæteri Prophetæ divinitus animati eadem inculcantes frustra aures populi in reprobum sensum dati vellicarunt, inauditi & invisissimi, fœdere scelerato contra ipsum inito, juxta Regis *athei* imperium, lapidibus obrueretur, indignissimum hoc facinus justo scelerũ vindici Deo ante obitum commendans, Christo omnium Prophetarum & Sacerdotum summo id suo tempore Judæis, Patrum & *Matt. 23.* Avorũ vestigia atheistica strenuè prementibus, non sine repetitis de justissimâ vindicatione minis, in memoriam revocante. Expressè quidem de *Joaso* non meminit Sacer Textus, quod à Dei ad Idolorum & Deastrorum gentilium cultum se converterit, hocque modo *atheus* sit factus; sed quod Principibus suis id desiderantibus permiserit,

Vid. D. Quistor. ad 2. Paral. 24. Confer. Sponan. Annal. V.T. ad Annum 3189.

rit. Verùm, ut de *Atheismo* hâc ratione indirecto non dicam, ipsis historicæ narrationis circumstantiæ vix permittunt, ut à hujus nefandi criminis reatu absolvatur, præprimis si illud unicum accuratiori mentis trutinâ ponderaverimus, quod Sacerdotem, meritissimi de se totoque Regno viri Filium, eundemque, si nihil aliud præstitisset, Spiritûs divini ductu & pro ipsius Regis & Regni bono ex pio Zelo in tempore monendo meritissimum, quem ob id maximi facere debuit, contrario & verè *atheistico* impetu ductus lapidari jussit, nullâ, si Scripturæ silentio standum sit, pœnitentiâ ante obitum actâ, sed in peccato hocce suo mortuus, in lecto videlicet ex improviso ob hoc ipsum crudele facinus à duobus sicariis in eum conjurantibus, DEO id permittente & justitiam contra cultûs sui desertorem exercente obtruncatus. Videri potuit hæc ad animum seriò vocasse *Amasias*, filius & regiæ dignitatis hæres, Principatum laudabilibus seriæ erga Deum Pietatis ac erga subditos Benevolentiæ documentis auspicatus, à DEO quoque insigni contra Idumæos victoriâ beatus, quæ Eum eò magis ad Deum constanter & sincerè colendum animare debuit, ut in posterum quoque sub ejus protectione aliis hostibus

ita

ita gloriosè & cum Regni sui augmento obniti posset. Sed, quod mirandum est, ad *Atheismum* hæc victoria ei viam, quamvis per indirectum planè & contra DEI victoriarum datoris voluntatem, straviſſe visa est. Cum enim domum è recenti victoriâ rediret, adsportavit secum Deos Idumæorum, & cùm Domino DEO suo gratias agere vellet, contra DEI mandatum Deos illos collocavit in Templum, & adolevit eis incensum, non quidem Diis illis, quæ *Brentii* nostratis sententia est, sed coram ipsis, in honorem veri DEI, & pro gratiarum actione, quem ad modum & nos spolia hostium in Templa nostra pro victoriæ monumento suspendimus; de quo tamen post alios aliter judicavit *Caußinus*, sequentem in modum hâc de re scribens: *Credibile, Amasiam Deos Idumæorum Hierosolymis intulisse, vel ut mulceret iratos, vel ut minaces exarmaret. Sed utcunque fecerit, immani se contaminavit crimine, & in suum caput tristia quæque provocavit. Certè in tot funeribus infelicißimi Principis, quæ postea contigerunt, nulla extitit plaga, quæ à DEO propter Idololatriæ* (hujus atheisticæ) *scelus non fuerit inflicta.* Eò detestabilior autem fuit & hujus Regis *Atheismus*, quod severè ob eum increpatus à Prophetâ divinitus missо

Diss. 89. p. 203. Confer. Sanct. ad 2. Reg. 14.

missò eum audire detrectavit, multò minus obedire, gentiles Deastros semel introductos non solùm custodiens, sed & eorum cultu *atheistico* subditis scandalum præbens multâ postmodum clade punitum. Non omninò præter rem erit, de tribus proximis Regibus in Juda illud huc transferre, quod *Thesaurus* eruditis non ignotus Genealogiæ Patriarchalis vel Messianæ descriptor elegantissimè observavit, scribens:

Tres hasce statuas,
Inter Christi proavos pridem collocatas,
Matthæus fregit, dum tacuit.
Execratum Achabum, Matris Patrem
respicit hæc vindicta,
cujus Nepotes ad tertium usque diris voverat Vates.

Itaque
NeChristi majores Achabi minoribus miscerentur,
Nepos, Pronepos, Abnepos,
de sacro Stemmate exulantes,
nomine carent & effigie.

Plus ultra! Sicut enim cuneus trudit & propellit cuneum, ita *Atheismus* apud Reges, DEI etiam cultores *Atheismum*, utut nunquam non severè à DEO Vindice sui cultûs justissimo simul & rigorosissimo punitum,

nitum. Terrere meritò d
fores tam lugubria Antece
ob peccata castigatorum e
posterum auderent ullâ ra
mitatem divinam tentare.
ratò hic notandum venit,
nitia ita fuêre comparata
possent laudem. Sed ut
medio Pietatis cursu, vel
minis Elogio aliquam ex
lam adsperserunt, id qu
Uziæ vel *Asariæ* etiam co
nicorum cum circumsta
dabiliter per longum be
patum tenuit, multa eg
& publicæ rei bono statue
utriusque incremento, co
& in Sacris gravissimo Ar
Prophetici Spiritûs Docto
Regni verè tutelari. Mor
ipsi suisque relictus consili
hactenus gestis animatus j
lentior factus, tale *Atheism*
quale inter Antecessores, Sa
lus, *Cum enim*, verba *Sanct*
sibi *supra regium nomen* deb
Sacerdotale sibi temerarius
nientibus Sacerdotibus ali
libere adfirmabant à profa

nitum. Terrere meritò debebant ſucceſſores tam lugubria Anteceſſorum divinitus ob peccata caſtigatorum exempla, ne in poſterum auderent ullâ ratione Longanimitatem divinam tentare. Et, quod iteratò hic notandum venit, plerorumque initia ita fuêre comparata, ut ſuam habere poſſent laudem. Sed ut plurimùm vel in medio Pietatis curſu, vel circa finem regiminis Elogio aliquam ex *Atheiſmo* maculam adſperſerunt, id quod Amaſiæ Filio, *Uſiæ* vel *Aſariæ* etiam contigiſſe, libri Chronicorum cum circumſtantiis narrant. Laudabiliter per longum benè tempus Principatum tenuit, multa egregiè pro Eccleſiæ & publicæ rei bono ſtatuens, maximo cum utriuſque incremento, conſultore videlicet & in Sacris graviſſimo Antiſtite *Zacharia*, Prophetici Spiritûs Doctore, Angelo totius Regni verè tutelari. Mortuo hoc, Rex ſibi ipſi ſuiſque relictus conſiliis, ex proſperè hactenus geſtis animatus juſto plus & inſolentior factus, tale *Atheiſmi* edidit ſpecimẽ, quale inter Anteceſſores, Saule excepto, nullus, *Cum enim*, verba *Sancti* refero, *aliquid ſibi ſupra regium nomen deberi exiſtimaret, Sacerdotale ſibi temerarius adſumſit, contra nitentibus Sacerdotibus aliis, qui nefas eſſe liberè adfirmabant à profanis ſacrum illud*

obiri

obiri Ministerium, ille tam longè fuit, ut illorum sive monitis, sive precibus adquiesceret, ut potius minaretur Sacerdotibus, qui immane illud scelus exprobrabant, infortunium & mortem, si odiosi esse pergerent ulterius, & sibi ad sacrũ illud opus essent impedimento; quare sumto Thuribulo thymiamatis adolevit incensum. Videri posset & hoc factum minus congruè ad *Atheismum* referri, cùm potius Deum summâ ratione & studio colere voluerit Rex, exemplo gentis olim Ægyptiæ, populi etiam post Romani, sumum in sacris quoque ambiens Pontificatum. Verùm ei ex divinâ Lege non potuit esse ignotum, quâ Judaismo divinit⁹ fuerit provisum ratione, ut nimirum Regia dignitas à Sacerdotali, ac utriusq; munus & officium à se invicem essent separata, DEO Legislatore summo eum præscribente ordinem, cujus tenore cuivis intra certos quosdam limites vivendum ad utriusque conservationem esset. Hunc dum nefario ausu turbare conatus est Rex πολυπράγμων & verè ἀλλοτριοεπίσκοπος, meliora quidem edoctus, non Anti-solùm, sed & *Atheismi* reus est factus, gravissimam à DEO ordinis sui conservatore zelosissimo animadversionem expertus. *Non enim*, ut Sanctius porrò monet, *conatum hunc sacrilegum, & verbum contra*

tra Sacerdotes impiè & temerè prolatũ, Deus impunitum abire voluit. Cùm enim Sacris indebitis operaturus esset ad ipsum Altare Thymiamatis, Deus perfrictã Regis frontem fœdâ percussit leprâ, cui Sacerdotes edixerunt illicò, ut è Templo discederet, quod patere non poterat leprosis, addo atheis. Unde habuerit *Hieronymus*, verba Esaiæ de immunditia labiorum conquerentis hâc paraphrasi explicans: *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum*; q. d. *quia tacui, & non audacter Oziam Regem impium corripui, ideò labia mea sunt immunda, & laudes Domini cum Angelis cantare non audeo, ne mihi dicatur, quare tu enarras justitias meas, & adsumis Testamentum meum per os tuum? non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris*, adeò manifestum non est, nisi à Judæorum Doctoribus audiverit, quibus hæc & talia fingere inusitatum non esse, ex eorum Commentariis patet. Sequitur Filius *Joathamus*, Patri vivo adhuc vel potius semimortuo substitutus, illustri quidem mactatus Elogio, sed & eo cum aliquâ exceptione; ad quam num potius ad Elogium pertineat, quod in Templum Domini non ingressus dicitur, *ad adolendum videlicet Thymiama, admonitus nimirum pœnâ gravi, quâ castigatum divinitus parentem suum* cap. 6.

viderat, à simili temeritate sibi abstinendum judicans, quæ Osiandri Paraphrastis enucleatissimi observatio est, ab Interpretibus tamen Vernaculis, vulgò *Vinariensibus* non adprobata, judicio Lectoris eruditi committo. Illud ex proximè additis constat, neque hunc Regem, ut de cœtero probum, ab omni labi *Atheismi*, & quidem iterùm indirecti ad minimum, immunem se conservasse, populo Antecessorum exemplari conniventiâ sacrum in Excelsis cultum permittendo, id quod expressè peccatum dicitur. Nimirum, quod *Thesaurus* pro more eleganter expressit, *hostibus ferox, suis blandior, objurgandæ superstitioni linguam non habuit. Videlicet gloriosius delubra solo, quàm ædificia cœlo æquasset. Ut mirum non sit, adulari populos Regibus, cùm Reges populis adulentur.* Sed pro umbrâ *Atheismi* hæc haberi possunt, si ad successoris *Achasi* gesta omnem impietatis modum excedentia animum propius, & cum curâ attendamus, utpote, qui, ut *Thesaurus* iterum notanter de eo scripsit, *omnem movit lapidem, quo Deum perderet, & ut nullum faceret, multiplicem fecit; adgressus præterea,* Caussino id etiam observante, *grande & insolitum aliis Regibus nefas,* filium Molocho, tristi Idolo consecrans, hujus detestandi cul-

di cultûs authore, eo, qui ex
optimi
omnium atrocissimâ &
summo gradu Idololatria
es nemini ignotos accura
Seldenum & Vossium, nuper
qui cæterorum plerorum
stigia, *Leusdenius*, sacra
singulari diligentiâ indag
satis intelligi datur nefand
insolentia, quâ populum
rum exemplo & quidem
veri & unius DEI cultu a
siam seduxit, *atheus*, si qui
Neque in hoc stetit impiet
tas, quin sua in dies & an
menta, præprimis ubi fœd
sario Assyriorum Regi jun
quoque Sacerdotem *Uria*
placita nimis facilem & pro
tam potius amittere, quàm
obedire debuisset, à Collo
hoc semi-seculum, & quod
denensibus insufficienter pl
ad Altare Idololatricum, ac
ris Damasceni, fabricandu
cinus syncretisticum, & quo
Atheismum ducit, nefariè in
set cætera, quæ in Templo n

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [198] - 194
PUBLIC DOMAIN

di cultûs authore, eo, qui ex ore Salvatoris optimi ἀνθρωποκτόνου ἀπ' ἀρχῆς audit, de quâ omnium atrociſſimâ & verè *atheiſticâ* in ſummo gradu Idololatria præter Interpretes nemini ignotos accuratè egerunt poſt *Seldenum & Voſſium*, nuper *Hottingerus*, & qui cæterorum plerorumque ſequitur Veſtigia, *Leusdenius*, ſacra hæc minimè ſacra ſingulari diligentiâ indagantes, undè plus ſatis intelligi datur nefanda hujus *Atheiſmi* inſolentia, quâ populum DEI peſſimo iterum exemplo & quidem in totum à verò veri & unius DEI cultu ad turpem Apoſtaſiam ſeduxit, *atheus*, ſi quisquam, maximus. Neque in hoc ſtetit impietatis hujus atrocitas, quin ſua in dies & annos ſumſit incrementa, præprimis ubi fœdere minus neceſſario Aſſyriorum Regi junctus, ſummum quoque Sacerdotem *Uriam*, ad Regis ſui placita nimis facilem & promtum, qui vitam potius amittere, quàm tali mandato obedire debuiſſet, à Collocutoribus ante hoc ſemi-ſeculum, & quod excurrit *Ratisbonenſibus* inſufficienter planè defenſum, ad Altare Idololatricum, ad exemplar Altaris Damaſceni, fabricandum, id eſt, ad facinus ſyncretiſticum, & quod proximè ad *Atheiſmum* ducit, nefariè impulit, & præter cætera, quæ in Templo malè deforma-

Joh. 8.

Vid. Ursin. Anal. S. Tom. 2. lib. 1. cap. 24.

vit, *Tentorium* quoque *Sabbathi* loco suo movit, nihil intermittens, quod DEO hactenus tam benigno & illustribus Beneficiis alia merito exosum esse potuit & ingratum. Meliùs longè animatus fuit Filius, improbissimi, quod mirum, Patris, *Ezechias*, qui etsi non ab omni maculâ liber, inter omnes tamen Antecessores nullum habuit, qui minoribus urgeretur, eo, ut videtur, solo infelix, quod sibi per omnia dissimilem filium in regno successorem post se reliquit, *Manassen*, ut omnia alia prioribus Regibus communia vitia silentio præteream, hoc præprimis notandum, quod, observante *Thesauro*, duo alias sejunctissima, *Atheismum & Superstitionem*, copulâ antehâc inauditâ, conjunxit, eum videlicet in finem, *ut à DEO quam maximè sejungeretur*, humani nimirum & divini Juris contemtor, *hanc sibi unam Legem statuens, nullam servare Legem, quidlibet Deum esse passus, modò Deus non esset*; verbo, Atheus, isque in summo, ut acta minus regia testantur, gradu, hoc uno beatus, quod in vinculis à Justitiâ DEI punitrice immissis ad se perque pœnitentiæ viam ad DEum, quem nequiter deseruerat, rediit, à DEO in gratiam receptus, regnoque post aliquot annorum captivitatem restitutus, relicto post se filio

Amo-

Amone, qui, ut *Thesaur*
meas faciam, *de Patris ex*
& Virtutes ætatem divi
dia, pœnitenda commisit, se
cusabilem hunc *Atheismu*
justissima fuit pœna, po
excluſus, secundo statim
anno, in ætatis flore &
curſu ab Aulicis interfe
Atheismi pœnas luere c
num & solum memora
tem & in DEI cultu or
tatem, Anteceſſorum
exempla superantis, *Jo*
cætera taceantur omnia,
tus vincentis, quod Exce
cta, cum omnibus Idolo
ſtrumentis protinus dele
thelica à Jeroboami inſti
huc integra diruit, inſupe
Idololatriâ ſuper omnino
ſacerdotum idololatricor
uorum oſſa ſepulcris ex
rum Altaribus combuſſit,
dens operam, ut *Atheismi*
latriâ profectum planè
gium ab omnibus eorum
rer, juſtamque DEI iram
extrema quævis jam min

N

Amone, qui, ut *Thesauri* elegantias & hîc meas faciam, *de Patris exemplo inter vitia & Virtutes ætatem divisurus, pœnitendi fiduciâ, pœnitenda commisit*, sed, quæ justi inexcusabilem hunc *Atheismum* punientis DEI justissima fuit pœna, pœnitendi tempore excluſus, ſecundo ſtatim ſuſcepti regiminis anno, in ætatis flore & medio vitiorum curſu ab Aulicis interfectus, inexpectatas *Atheismi* pœnas luere cæpit, Pater, quod unum & ſolum memorabile, Filii ob pietatem & in DEI cultu omnimodam ſinceritatem, Anteceſſorum etiam piiſſimorum exempla ſuperantis, *Joſiæ*, eo præprimis, ſi cætera taceantur omnia, cæterorum conatus vincentis, quod Excelſa hactenus intacta, cum omnibus Idololatriæ *atheiſticæ* inſtrumentis protinus delevit, ac Altaria Bethelica à Jeroboami inſtituto *atheiſtico* adhuc integra diruit, inſuperque, ne quid ab Idololatriâ ſuper omninò eſſet, ipſa etiam ſacerdotum idololatricorum dudum mortuorum oſſa ſepulcris extracta in ipſis eorum Altaribus combuſſit, omnem impendens operam, ut *Atheismum* à turpi Idololatriâ profectum planè eliminaret, Regnum ab omnibus eorum ſordibus purgaret, juſtamque DEI iram ab eo averteret, extrema quævis jam minantem & proxi-

mè imminentem, quam filii degeneres & *athei* variis modis accelerârunt, ipsi & miserrimè pereuntes & Regnum diluvio *atheistico* & idololatrico quasi obrutum perdentes, clamantibus quidem adque pœnitentiam hortantibus missis à DEO extra ordinem Prophetis, *Jeremiâ* præprimis, sed in vanum, omnibus interitum publicæ rei urgentibus, pœnisque dudum prædictis magis semper magisque adpropinquantibus, ut nimirum finis *atheismo* imponeretur eo in populo, qui ad DEI cultum antehàc præ omnibus aliis sub Sole gentibus ex singulari gratiâ fuerat electus, tamque multis revelationibus ad veram DEI Trinunius agnitionem instructus, ut nihil defuerit ad turpis *Atheismi* cautionem & fugam, si seriò & sincere cum DEO agere voluissent, non immeritò post iterata totius Apostasiæ *atheisticæ* documenta à Deo rejecti, utut nondum planè in perpetuum, sed ad certum aliquod temporis spatium, quo effluxo Patriæ restituti & Templum reædificantes cũ Deo in gratiam redierunt, quamvis non eâ in omnibus constantiâ, quæ DEo liberatori tam benigno debebatur, ut ex libis Esdræ & Nehemiæ, quin & gravaminibus Prophetarum à tempore tristis Exilii viventium constat, Spiritu *atheistico*, qui hactenus sub

sub cineribus latuit, apud plerosque quasi redivivo, maximaque iterum de novo incrementa sumente, statu Ecclesiastico nec quidquam impediente, sed potius modis omnibus concurrente, in varias nimirum Sectas diviso, inter quas præter Pharisaismi, vel, si mavis, Judæorum Stoicismi sectatores, testibus Evangelicis Scriptoribus, *Sadducæi*, à Sadoco ita nominati primas facilè obtinuerunt, Epicureismum, & cujus rei supra jam mentio facta est, paulòque post adhuc semel recurret, *Atheismum* in populo DEI, plurimum à verâ DEI cognitione jam alienato, non uno dogmatis genere propagantes, negando videl. Spirituum & bonorum & malorum existentiam, animæ immortalitatem, *mortuorum resurrectionem*, de quâ hæresi juvat audire, quæ eruditissimus Anglorum *Pœockius* post alios nuper observavit, videlicet, *eam tùm introductam in populum, cùm & pietas & notitia DEI apud ipsos imminui cœpta. Utut enim vel Mulierculis apud gentem cœlitùs institutam nota erant priscis illis temporibus, quæ de animæ post mortem statu, Resurrectione & vitâ futurâ credere oportuit; postea tamen cùm alveo angustiori flueret ipsorum Sapientia, quod scientiam ex operibus confirmare renuentibus interminatus est De-*

ad Porta Mosis Notar. Miscell. c. 6. p. 91. & seqq.

ns, magna ex parte deleta est harum rerum cognitio, adeò ut vel ipsarum veritas in dubium vocaretur, prorsus negantibus Sadducæis, *esse in homine aliquid morti non obnoxium, vel ipsum denuò vitæ redditum iri.* Undè hæresis hæc traxerit originem, videlicet à malè intellecto Præceptoris *Antigoni* dicto, docentis, *DEO sine ullo mercedis aut præmii intuitu serviendum esse*, in vulgus notũ est, neq; ulteriori explicatione opus habet. Mirum autem non immeritò videtur, quod publici in populo tantis revelationibus munito Doctores hæreseos hujus defensionem in se suscipere ausi fuerint, quam toties in Scripturâ V. T. damnatam, & quidem ante, quàm natam, vel potius renatam, ignorare vix potuerunt, certè non debuerunt, utpote eam manibus noctu diuque tenentes, exque officii ratione in Synagogis interpretantes, id quod contra plerorumque & antiquiorum & recentiorum opinionem receptissimam, *quasi hæreseos hujus sectatores solum Mosis Pentateuchum pro DEI Verbo scripturâque canonicâ, rejectis cæterorum Prophetarum scriptis agnovissent*, hic notandum venit, ob rationes, quas præter *Drusium*, at, quantum in literis sacratioribus Virum! *Scaliger*, omnis seriæ eruditionis suo tempore promus & con-

cõdus, contra *Serarium* & alios in medium protulit, quibus, quod opponatur, hactenus inventum non est. Mirum, inquam ego adhuc semel, non immeritò videtur, quod contra tot egregias futuræ Resurrectionis mortuorum in V. T. codice promissiones, nihilo tamen minus eam non solùm in dubium vocare, sed omninò negare fuerint conati Doctores in Ecclesiâ Judæorum publici, & qui in maximo apud plebem æstimio erant, loco ipsis etiam ad dignitates; nominatim Pontificatûs supremi non intercluso, utpote quo honoris gradu obtento *atheisticam* hanc hæresin suam in populo eò felicius & majori cum incremento disseminare potuerunt, contradicentibus aut statuentibus quidem ex occasione *Pharisæis*, quamvis non multò melioribus, si non ex certo quodam respectu pejoribus, at non eâ, quâ in re tanti momenti oportebat, contentione, adeòque nec eo cum fructu, qui exindè sperari posset aut expectari. Equidem felicissimus Disputator Christus ita ex Mose eos erroris & damnatæ hujus hæreseos convicit, id quod fortè aliàs ex aliis V. T. Scriptoribus factum est, ut nihil contra mutire potuerint, Apostolis, *Paulo* præprimis, idem ad exemplum optimi Præceptoris hic & ibi graviter urgentibus,

vid. D. Quistor. ad Matt. 22. D. Dorsc. Theol. Zachar. part. II. Disput. 3. Quæst. 5. D. Danh. Christ. Act. 1. Phan. 2. pag. 78. Hackspã. præf. ad Lipm. n. 17. & seq.

bus, nihilq; ad eorum confusionem & conversionem omittentibus; sed frustra & in vanum, non solùm tum temporis plerisque in errore hoc *atheistico* persistentibus, sed & hodienùm inter Judæos non paucis existentibus hujus hæreseos & *Atheismi* adseclis, si fides habenda iis, quæ *Menasse Ben Israel* in suo de Resurrectione Mortuorum Tractatu prolixè contra ejus defensores adduxit, de quo tamen *Leusdenius*, Professor Ultrajectinus, nuper illud monuit, *Eum verbis quidem defendere Resurrectionem mortuorum, sed magnâ ex parte & re verâ eam rejicere, primùm* negando omnes & singulos homines, esse resurrecturos, omnibus à resurrectione hominibus exclusis, quorum animæ per μεϱεμψύχωσιν in alia transmigrârint corpora; *deindè* excludendo Sodomitas, Corazitas & omnes, qui hæc tria negant, scilicet, Deum esse, Legem Mosis esse divinam, & fore Resurrectionem, in specie, *Bileamum, Doëgum, Achitophelum*, &c. Factum est indè, ut sicut ex Ethnicismi lacunis hæretici prima Evangelicæ prædicationis tempora turbantes multa *Atheisticis* hypothesibus vicina hauserunt, quibus limpidissimi orthodoxæ veritatis fontes non uno in loco fuerunt infecti, ita ex Judaismo etiam apostatico multumque à fide Patriarcha-

in Philol. mixto, Dissert. 19. Conf. Hoornb. de Conb. Iud lib. 8. cap. 4.

charum mutato, & quod hic præprimis attendendum venit, in non paucis capitibus *atheistico*, varia accesserint doctrinæ genera, à salutari cognitione DEI plurimùm abducentia, multisque modis *Atheismum* inducentia. Non prolixius occupabor in recensione omnium eorum, qui vel ex hoc, vel ex eo, ad hujus nefandæ religionis propagationem, ipso adhuc Apostolorum ævo & sequentibus post seculis, quidquam contulerunt, quorum & Paulus in ad Timotheum, & ipse testis omni major exceptione Christus ad Ecclesiarum in Asiâ Episcopos Epistolis Apocalypsi Johañæ insertis mentionem aliquam fecerunt, eorumque nomina æternum sepeliri digna in Ecclesiæ Doctorum & Historicorum libris consignata extant; perbrevem modò syllabum exhibiturus eorum, quorum dogmata propiùs ad ipsum pertinere videbuntur *Atheismum*, inter quos supremum meritò locum occupat omnium hæreticorum alpha & dux *Simon*, origine Samaritanus, professione Magus, moribus hypocrita, adfectu felleus, Simoniacorum Patriarcha, monstrositate Θεομάχος, Christianismi illusor, Antichristus latiori sensu apertus, pseudotheus, quibus eum coloribus ex orthodoxæ Antiquitatis penu desumtis egregiè depictum stitit D. *Dan-*

in Christeid. Act. 1. p. 501.

D. *Dannhaverus*; verbo Atheus & quidem consummatissimus, inprimis, si ejus jussu vel etiam permissu statua à Romanis cum inscriptione *DEI Sancti* erecta fuit, quod tamen contra priscos Ecclesiæ scriptores moderni quidam non solùm in dubium vocant, sed ostenso erroris fonte non adeò improbabiliter planè inficiantur. Quidquid autem de eo sit, *Atheismum* satis testatur, quod se à Sectatoribus non solùm DEI loco coli fuerit passus, sed *Augustino* post alios teste, *Christum & Jovem*, id est Messiam Judæorum & DEum gentium seipsum vocârit, ut ab utrisque Deus haberetur, imò, id quod *Irenæus* de Eo refert, docuerit, *se esse, qui inter Judæos quidem quasi Filius adparuerit, in Samariâ autem q. Pater descenderit in, reliquis verò gentib⁹ q. Spiritus Sanctus adventârit*, quo crassiorem Anti- & *Atheismum* nullibi aliàs legere datum est. *Ebionem & Cerinthum*, Divinitatis honorem Christo denegantes, in *Atheorum* quoque censum venire, nemo negabit spero, qui eorum pravitati heterodoxæ Scriptum verè Evangelicum à Johanne Apostolo oppositum fuisse considerabit, id quod nuper modo *Nisanius* in suis Positionibus Theologo-Philologicis contra *Grotium*, sicut in aliis pluribus, ita hic quoque novaturientem, ex Patrum antiquissimorum testimoniis

Herald. in Tertull. Apol. c. 13. Voß. Theol. Gent. lib. 1. cap. 12. Dilher. Tom. 1. Disp. 4. p. 64. & seqq.

post

post alios idem argumentum tractantes ostendit. *Atheorum* numero ex debito etiam adscribuntur notissimi in Antiquitate Ecclesiasticâ *Gnostici*, Simonis Magi, ut plerisque videtur, infausta proles, multis etiam aliis nominibus insigniti, quin & non paucis sub hoc nomine glorioso professionem publicam facientibus, id quod iis, qui accuratius hujus Sectæ anti- & *atheisticæ* originem indagare conati sunt, non parum laboris creavit, plerisq; etiamnunc circa eam dubiis & in suspenso hærentibus; utut Episcopatus Anglicani contra *Blondellum* & *Salmasium* propugnator *Hammondus* multo cum adparatu eos ad tempora Apostolorum referat, Paulique & Johannis de Antichristo & Mysterio iniquitatis antichristianæ Oracula de iis tanquâ Simonis Magi Sectatoribus intellecta velit, quod hactenus á nemine, quod sciam, publicè impugnatum esse, non immeritò mirum videri potest. Vitam eorum omni ex parte *atheisticam* hic exprimere pudor prohibet, nixam doctrinâ vel errore potius *atheistico* non uno, sed multiplici & in plures articulos diviso, è quibus præter ea, quæ de DEO Sabaoth, Mundi conditore, & Christo per seipsum in lucem edito apud *Epiphanium* publicè docuerunt, illud etiam ad præsens insti-

Ibid. Latin. Latinii Lucubr. pag. 345. Dissert. Proœm. cap. 3. & seqq.

institutum pertinet, *quod neque ullum fore judicium, neque mortuos ad vitam excitandos statuerunt, opinantes, interire carnem penitus, nec amplius reviviscere, eamque ad τὸν ἄρχοντα pertinere*; quod quidem minus mirum & in hominibus ventri & iis, quæ infra ventrem, unicè servientibus, ut benè hic judicavit *Maresius*. Aliæ plures autem post & præter hanc ortæ sunt in Ecclesiâ hæreses in non paucis *Atheismum* sapientes, nominatim & in speciè *Marcionis*, qui Cerdonis impii Doctoris impius æquè discipulus profiteri cœpit, quæ ille docuerat, *duo videlicet esse initia, duos inquam Deos, sed longè dissimillimos; alterum bonum, mitem ac sedatum, & nihil aliud quàm optimum, qui per Christum Filium suum paulò serius nobis sit revelatus, quem superiorem vocat; alterum truculentum ac sævum, sanguinariumque, quippè, qui bellis ac cædibus delectetur. At hoc vult mundum esse conditum, quem minorem adpellat, & adserit Veteris Testamenti promulgatorem, ut superior ille novi fuit; proindè Legem & Prophetas rejicit, indignè de Creatore sentiens. At melioris illius DEI filium esse Christum adfirmat, quem tamen haud verâ carne vestitum fuisse tradit, sed solùm imaginariâ; nec verè passum, nec natum. Resurrectionem Animæ tantùm concedit,*

Disp. Tom. II. pag. 657.

cedit, (absurdum!) *corporis negat*, quæ hæreseωs Marcioniticæ capita ad *Atheismum* pertinentia recenset *Rhenanus* ad Tertullianum diligentissimum ejus oppugnatorẽ, utpote qui singulari industriâ adversùs *Marcionem*, integris decem libris, libero sermone & ligato, ut & contra alios plures hæreticos scripsit, utut ipse postmodum, invidiâ & contumeliis Clericorum tum Romanensium ad *Montani*, non unius generis errorum, neque procul adeò ab *Atheismo* remotorum, propugnatoris partes delapsus, quos, ut & alios sibi proprios errores, notante *Acoræo*, Doctore Sorbonico, in Censurâ Prædestinati contra *Sirmondum*, in aliquot libris acriter defendit, *Dallæo* quamvis mitius judicante, videlicet, eum per apostasiam ad Montanismum NON FIDEM VIOLASSE, SED DISCIPLINAM TANTÙM ECCLESIASTICAM SOLLICITASSE; *Sinnichio*, nuper etiam observante ex *Paciano*, post hæresin Montani desertam rursùs ad Ecclesiam rediisse. Ad alias transeo hæreses, *Atheismo* magis propiores, & quæ directius ad eum duxisse dici possunt, inter quas circa priorũ seculorum tempora *Manichæismus* non infimum occupat locum, totum ferè Doctrinæ orthodoxo, Evangelicæ systema inficiens, inprimis autem circa

cap. 2. p. 1. 27. De Usu Patrum, pag. 259. in Saule Ex-Rege lib. 1. cap. 67. num. 259.

circa locum de DEO prorsus ἄθεον se exhibens, fingendo *duos Deos geminos, sibi invicem contrarios, alterum bonum & Lucis, alterum malum & tenebrarum principem*, ut alios contra DEI spiritualitatem, Omnipotentiam & præsentiam, Christi & Deitatem veram & humanitatem, ejus passionem & satisfactionem, item contra naturam peccati, bonorum operum normam, Sacramentum Baptismi & Eucharistiæ errores ab Ecclesiâ damnatos Patribusque ex S. Scripturâ refutatos, *Atheismo* non parum incrementi addentes, prolixè hic non tangam, quos juxta seriem & ordine recensuit, qui non ita pridem in illustri Saxonum universitate Academicâ *Manichæismi recensionem historiam* publicæ luci exposuit, undè manifestum cuivis attento Lectori fiet, sub quam crasso tum *Atheismo* Ecclesia verè catholica gemuerit, adhuc magis gemens, ubi orbem ferè totum paulò post vidit esse ARIANUM, si *Hieronymi* notam in vulgus querelam opportunè huc transferre licet, *Arianismo* longè latèque maximis cum incrementis grassante, de quo verè & notanter, qui in laudatâ modò Leucoreâ antehàc de origine & progressu Arianismi scripsit: *Quanquam indè ab initio & ipsis Ecclesiæ incunabulis multæ semper hæreses exortæ sint,*

tæ sint, quæ Mysteria Religionis christianæ variè impugnârunt; nulla tamen atrocior & pestilentior extitit, quæque plus aut diutius Ecclesiam DEI turbârit, aut majori animorum contentione fuerit agitata, quàm hæc Ariana. Cùm enim cæteræ unum tantum Doctrinæ christianæ caput, idq; sæpius non magni momenti impeterent, (si Manichæismum proximè recensitum cum paucis quibusdam aliis excipias) & paucos admodum adsecias, nec nisi in uno & altero Mundi angulo reperirent, & mox rursus ad orcum, undè caput suum extulerant, unà cum Authoribus suis reverterentur; hæc ipsum fundamentum & arcem totius Christianæ ac Catholicæ Fidei, undè Salus nostra pendet, arietavit, nec unam tantam Provinciam aut Gẽtem unam, sed totum terrarum orbem, quàquà patet, pluribusq; Seculis illuvie suâ, velut torrens quidam inundavit. Illud præter cætera hic notari debet, quod *Athanasius* ob præstitam in hâc Hæresi operam imortali laude dignus, ex cujus fonte cæteri ferè omnes, contra eam scribentes, suos deduxere rivulos, Arium expressè *atheum* dixit, hæc de Eo inter alia monens: *Fucatus & Sotadicus,* (à Sotade forsitan, Cretensi, Maronitâ, Jambographo, quem Suidas cum quibusdam aliis ejusdem nominis citat, ita dictus) *contra Arianos, libr. 2. mox à prince*

ctus) *Arius simulat se quidem de DEO loqui, quùm interponat verba Sacrarum literarum; deprehenditur tamen undecunque ἄθεος, dum Filium negat, & illum rebus conditis adnumerat.* Et alibi Judæos, Gentiles cæterosque hæreticos in eundem cum Arianis censum referens scribit: *Judæi unà cum Arianis Filium abnegantes, ne Patrem quidem habent. Ita quoque & Ethnici, quanquam Deum in ore habent, impietatis* (atheisticæ) *crimini subjiciuntur, eò, quod verum Deum non agnoscant Patrem Domini nostri Jesu Christi. Itidem Manichæi & Phryges, ac discipuli Samosatensis, nomina ipsa pronuntiantes, nihil ob id sunt minus hæretici,* ADDO EX ANTECEDENTIBUS, *athei.* Damnatum autē esse hūc Arii *atheismum*, debitoq; percussum anathemate, utut non in ipsis Canonibus, in editâ tamen Confessione Fidei Nicænæ, Remonstrantium non ultimus, *Caspar Barlæus*, fateri necessum habuit, illud tamen addens, Imperatorem Constantinum in ad Alexandrum Episcopum orthodoxum & Arium Epistolâ controversias ab ipsis motas judicasse *non necessarias, sed inanis otii concertationes, &c.* & cùm Epistola hæc per *Osium*, Cordubensem Episcopum, magni tum Nominis & Doctrinæ Virum, missa sit, verisimile esse ab

lib. 3. circa med.

Epist. Tom. I. pag. 372. Conf. Epist. Theolog. Remonstr. p. 703.

ab ipso conceptam Osio? Licet enim Constantinus & ipse Osius postmodum in Synodo Arium damnaverint, adfirmare tamen Virum aliquem clarissimum sine dubio Arminianis partibus addictum, *Osium post Concilium Nicænum in partes Arianorum concessisse, quin & ipsum quoq; Constantinum.* Ut paucis ex occasione aliquid de hâc re dicatur, & tribus tantùm verbis, præter ea, quæ ante quinquennium *D. Bœbelius*, Professor Argentinensis, ad citatas Constantini literas, ut vulgò audiunt, Irenicas prolixissimè contrà hodiernos syncretistas notavit, placet, quod *D. Dorscheus* de hoc Constantini circa præsentem Controversiam Anti-arianam judicio judicavit & censuit, *Eum procul dubio vel ab Arianis, vel à Politicis, qui interdum hæreticis deteriores sint, persuasum esse.* De lapsu autem ipsius Osii & Imperatoris Constantini ad Arianismum post Synodum Nicænam non pari modo judicari debet & potest. Osium quidem præter *Baronium* & alios *Mendoza* in suis ad Concilium Illiberitanum, cujus ille pars magna fuit, Discursibus Apologeticis nuperusque eorundem Editor *Gonzales* in additis Annotationibus, ab hâc labe immunem, & si fortè lapsum, reversum tamen & in Fide Catholicâ mortuum defen-

ad Concil. Nican. Sect. 2. p. 69.

lib. 1 cap. 10. p. 74. & seqq.

dere omnibus modis conantur; utut aliis rem accuratius & sincerâ mentis trutinâ ponderantibus ob nimis clara indubitatæ Antiquitatis testimonia contrarium probabilius videatur. *Constantinum* verò proterea Arianum dicere, eò, quod ab *Eusebio* Nicomediensi baptizatus dicitur, quod tamen ab aliis in hoc negotio occupatis, & pro baptismo Constantini Romano acerrimè pugnantibus in dubium vocatur, nescio, an ita tutum sit, & annon aliqua opponi possint, Constantini in tenendâ Fide Catholico-Evangelicâ constantiam demonstrantia, qualia D. *Dorscheus* alibi in rem hanc præsentem accommodè satis produxit, suo legenda loco, dum Epistolaris hæc Dissertatio magis magisq; post varias hactenus digressiunculas ad finem properat, cæteræque, de sequentibus in Ecclesiâ hæresibus, *Atheismum* vel foventibus vel aliquâ ratione promoventibus, nominatim *Photini*, *Evnomii*, & quæ plures aliæ ex his propullulârunt, post etiam *Nestorii*, *Eutychetis*, multorumque vestigia horum, utut quod fieri solet, impari gressu prementium, ad methodum hic ostensam ulterius & uberius dici possent, Lectori Historiæ Ecclesiasticæ studioso ad continuandam Progressûs Anti- & atheistici seriem relinquens. Hoc autem

Vid. Gothofr. ad Philos. Hist. Eccles. pag. 203.

D. Dorsc. ad Concil. Sirm. p. 113.

de Tunicâ Christi, c. 2. num. 74.

autem jam ductis ex utroque Sacri Fœderis Instrumento lineis incumbere mihi video, ut *Atheismos* non unius generis & speciei per Exemplorum diversitatem recensitos in ordinem, si aliquis haberi potest, digeram, & quam variè semper multisque modis Sathanas, omnium *atheorum* pater, Ecclesiam orthodoxam hoc malo vexaverit, ordine ostendam. Neque invitus adeò illud, quod super adhuc est, laboris in me susciperem, nisi hanc *Atheismorum* tam variorum digestionem omninò facillimam judicarem, si ea nimirum attendantur, quæ ab initio hujus Discursûs Epistolici Te, *Spizeli* Eruditissimè, præeunte de diversis *Atheismi* distinctionibus præmonita fuerunt; undè pronum erit, adducta per seriem temporum Exempla, suo quodvis collocare, quin & suo adscribere ordini, utpote cùm planè nullum adeoque nec Ecclesiasticum, qui quam-maximè *Atheismo* semper oppositus esse debebat, indè exemtum, ex historiâ Aaronis & Filiorum Nadab & Abihu, Korahi item & sequacium Levitarum, inprimis autem Sacerdotis Uriæ paulò ante memorati, ut de hæreticorum N. T. utplurimum ex ordine Sacro hominum *Atheismo* ulterius nihil dicam, manifestum satis sit factum, ut mirum videri non de-

beat, si hodienùm experiamur, ordinem hunc Sacrum talibus propudiis onerari, multorumque scandalo exponi, sicut in universum videre cogimur majora in dies & annos *Atheismi* incrementa, ad veritatem scilicet Vaticinii, quo Petrus de ultimi temporis *Empœctis* cunctos verè fideles sollicitè præmunivit, in quæ nos incidisse non immeritò doleremus, nisi divinæ Voluntatis ejusdemque Revelationis gratiosæ scuto tutos nos sciremus, in eo etiam ex officii divinitus commissi ratione pro viribus occupati, ne quidquam à nobis desiderari patiamur, quod ad hujus mali, imò pessimi, inservire potest eradicationem, si non omnimodam, quæ Messi ultimæ reservatur, saltem, ne quid fiat, quod impedimento laudabili huic operæ Anti *atheisticæ* esse vel videri ullo modo possit. Cui studio quam-maximè necessario, dum Tu quoque, *Spizeli* Θεοφίλατε, hactenus insudasti, ac porrò insudare per DEI gratiam, quam Tibi largam cordicitus adprecor, intendis, facis meo quidem judicio rem omni laude dignam, & quam nemo æqui bonique amans jure culpabit, aut aliquâ ratione conabitur impedire, omnem potius promotionem curantibus, quibus publicæ rei christianæ salus curæ est cordique, & per quos stare videtur, ne quid porrò &

in po-

in posterũ per ulteriora *Atheismi* incremẽta detrimenti capiat. Ego, nisi supremus omnium nostrarum actionum & viarum director ita procul nos sejunxisset, omnem, quæ in me est, operam Tuæ adjungerem, ac nullũ tempus collocatum melius existimarem, quàm quod huic unâ Tecum studio impenderem. Nunc, cùm aliud non liceat, illud saltem præstare volui, quod inter alias occupationes, serie sæpius interruptâ licuit, plura exhibiturus, nisi ad alia vocarer, quibus jam per multum tempus sum debitor, cum Deo & die in orthodoxiæ bonum majori cum studio elaborandis; coronidis loco nunc pauca quædam scrutinio Tuo adjiciens, quæ ut à principio dixi, *Spicilegii* nomine possunt venire, post Messem tuam collecti, & si cui videbitur, in majus augendi. Antequam verò adgressus es scrutinium & Locorum sive Nationum & Terminorum sive variarum *Atheismi* distinctionum, consulto præmisisti Scrutinium aliquod breve Religionum olim & hodiè cognitarum, quibus à nõ planè nullis *Atheismi* crimen variè impactum legitur, initio à Christianismi professoribus facto, non tantum ab Apostata *Juliano*, sed & ante universum à Gentilibus idololatris in hunc censum relatis, id quod testimoniis *Athenagoræ*,

goræ, Clementis Alexandrini, Arnobii, ut & *Sozomeni* posse demonstrari citatis eorum libris docuisti, quibus addo ut omnium antiquissimum, ita notatu præ aliis dignum *Justini Martyris*, qui non procul ab initio posterioris Apologiæ pro christianis (quàm alii tamen ordine priorem dicunt) antehàc *Socratem*, postmodùm christianos ab Idolorum & Dæmonum cultoribus *atheos* fuisse adpellatos testatur, scribens: *Postquam Socrates* λόγῳ ἀληθεῖ καὶ ἐξεταστικῶς *Deorum, id est, Dæmonum ludibria & fallacias in apertum proferre & mortales ab iis abducere est annisus, illi ipsi Dæmones per homines pravitate gaudentes effecerunt, ut quasi* ἄθεον *nova inducens dæmonia occideretur. Idipsum, inquit, itidem de nobis faciunt. Non modo enim apud Græcos per Socratem* ὑπὸ λόγου *hæc sunt reprehensa, sed apud Barbaros quoque* (à Græcis distinctos) ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος· *cui nos credentes, eos, qui hæc* (de quibus paulò ante) *patrârũt, Dæmones, non tantum non rectos esse dicimus, sed malos etiam & impuros Dæmones, quibus ne hominum quidem Virtutem expetentium similes sunt actiones, quam ob rem & ἄθεοι cognominamur. Et profitemur quidem, nos talium, qui habentur, Deorum,* νομιζομένων, *expertes & atheos, sed non veris-*

simi

simi illi DEI, &c. Et paulò post medium ejus Apologiæ: *Quicunque* μετὰ λόγου *vixêre, christiani sunt, quamvis* ἄθεοι *sint habiti, quales inter Græcos fuêre Socrates & Heraclitus atque iis similes, inter barbaros autem* Abrahamus, *tres Prophetæ Danielis in Captivitate Babelicâ Socii,* Elias *& alii complures; perindè atque ex Veteribus, qui itidem tempore Christum præcessêre, &* ἄνευ λόγου *ætatem exegêre,* ἄχρηστοι καὶ ἐχθροὶ τῷ χριστῷ *fuerunt, eorum qui* μετὰ λόγου *vixerunt, percussores.* Datâ adscripsi operâ hunc *Justini Martyris* locum, ob non planè nullam Pelagianismi de Fide Socratis ejusdemque naturali & rationali christianismo præludionem atro notandum calculo. Sicut enim rectè se habent quæ pro christianis contra *Atheismi* crimen à Gentilibus verè barbaris impactum in medium produxit; ita comparatio cum Socrate plurimum disparitatis habet, quem etsi *Raynaudus* cum aliis pluribus Philosophis *Atheorum* numero exemtum velit, ea tamen de eo flagitia celare non potuit, quæ *Atheismum* ceu fontem omnis mali quammaximè præsupponunt. Inter veteres *Lactantius* præprimis audiri meretur, utpote qui Philosophorum doctrinas præ aliis pluribus in numerato habuisse videtur, maximo ubique adparatu contra illos agens, hæc de Socrate in specie notans: *Multa sunt ejus*

Ibid. D. Damnb. Christeid. Act. I. p. 306. & 307.

Theol. Natur. Distinct. V. num. 157.

lib. III. Divin. Instit. cap. 19.

jus non modò laude indigna, sed etiam reprehensione dignissima, in quibus fuit suorum simillimus. Ex his unum eligam, quod ab omnibus sit probatum. Celebre hoc proverbium Socrates habuit; Quod supra nos, nihil ad nos. *Procumbamus igitur in terram, ita* Lactantius contra hoc Socratis oraculum, *si verum dicere licet, atheisticum, & manus nobis ad præclara opera datas convertamus in pedes. Nihil ad nos Cœlum, ad cujus contemplationem sumus excitati; nihil denique lux ipsa pertineat. Certè victûs nostri causa de Cœlo est. Quod si hoc sensit, non esse de rebus cœlestibus disputandum; ne illorum quidem poterat comprehendere rationem, quæ sub pedibus habebat. Quid ergò? Numerravit in verbis? Verisimile non est, sed mirum id sensit, quod locut⁹ est*, religioni minimè serviendum; *quòd si apertè diceret, nemo pateretur. quis enim non sentiat, hunc mundum tam mirabili ratione perfectum aliquâ providentiâ gubernari; quandoquidem nihil est, quod posit sine ullo moderatore consistere?* Addantur sequentia cum eis juncta, quæ superius ex eo contra *Epicurum* de Dei Providentiâ malè sentientem adducta fuerunt, & manifestum erit, non adeò benè *Justinum Martyrem*, inter primos Ecclesiæ Doctores multâ laude aliàs dignum, christiani

flianis ab *Atheismi* crimine
cratem, Philosophum ge
ipso *atheum* junxisse, quid
isdemque nimiis philoso
inter suos celebratissimi
Erasmo nominatim, & q
sequuntur, hodienum vi

Pergis deinde in Re
ismo breviter evolvendo
ferè eâdem ratione Eva
hodiè quâ olim christia
theismi stigmate noten
quibusdam Pontificiis,
tionem citas *Posevinu*
Mersennum, *Cornelium*
bus multò plures addi po
semper expresè *Atheismo*
gunt, ea tamen Ecclesiis D
stris, *Luthero* in specie adsc
ipso *Atheismo* vix locum
Unum è multis & alterum
vat, nominatim & in speci
ante hoc ferè semisæculum
therani cum Apostolico co
gelicos credere scripsit *in D*
migmum, *in Deum mendacem*
Trinum, *in Deum impium &*
torum auctorem, *Patrem de*
bentem, nec *omnipotentem*, n

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [222] - 218
PUBLIC DOMAIN

ſtianis ab *Atheiſmi* crimine vindicandis *Socratem*, Philoſophum gentilem, eoque ipſo *atheum* junxiſſe, quidquid etiam aliis, iisdemque nimiis Philoſophi hujus, utut inter ſuos celebratiſſimi, admiratoribus, *Eraſmo* nominatim, & qui hujus veſtigia ſequuntur, hodienum videatur.

Pergis deindè in Religionum *Atheiſmo* breviter evolvendo & oſtendis, quod ferè eâdem ratione Evangelico-Lutherani hodiè quâ olim chriſtiani, turpiſſimo *Atheiſmi* ſtigmate notentur à Doctoribus quibusdam Pontificiis, in cujus rei probationem citas *Poſſevinum*, *Campanellam*, *Merſennum*, *Cornelium à Lapide*, alios, quibus multò plures addi poſſunt, qui etſi non ſemper expreſsè *Atheiſmum* nobis impingunt, ea tamen Eccleſiis Doctoribusq; noſtris, *Luthero* in ſpecie adſcribunt, quæ ſine ipſo *Atheiſmo* vix locum habere poſſent. Unum è multis & alterum producere juvat, nominatim & in ſpecie *Forerum*, qui ante hoc ferè ſeculum in Symboli Lutherani cum Apoſtolico collatione Evangelicos credere ſcripſit *in Deum fatuum & iniquum, in Deum mendacem, nec Unum, nec Trinum, in Deum impium & omnium flagitiorum authorem, Patrem duas Deitates habentem, nec omnipotentem, nec Cœli & Terra*

ræ creatorem; & in JEsum *Christum Ejus Filium, Patre minorem, nec unicum Dominum nostrum, qui conceptus sit ubiquisticè de Spiritu S. & natus non magis ex Mariâ Virgine, quam ex Herode, passus sub Pontio Pilato etiam secundum divinam naturam, crucifixus non sine blasphemiæ & Deum maledicendi periculo, mortuus etiam quoad divinitatem, descenderit ad Inferos, & ibi dolores damnatorum senserit & gustaverit, adscenderit etiam ad Cœlos, in quibus per ubiquitatem ante jam fuerit, sedens ita ad dextram Patris, venturus indè & iniquissimè vivos & mortuos de observatione impossibilium mandatorum judicaturus; in Spiritum quoq; S. desidem ac inertem, officii sui per multa secula desertorem, fautorem pseudo-Prophetarum & Apostolorum, Sanctam quoque Ecclesiam imputatitiè tantum, minimèque Catholicam, Sanctorum communionem mutilam, remissionem peccatorum imaginariam vel nullam, carnis resurrectionem miseram & somnum in Scheolah, ante vitam æternam.* Quis autem hæc & talia inter verè christianos inaudita credere vel docere ausus non pro *Atheo* & in summo quidem gradu habeatur? Integro ferè decennio ante *Tannerus* turpiter in Colloquio Ratisbonensi actorum rationem calumniis & cavillationibus iniquissimis

simis expuncturus, in prior
peris pessimè consuti parte
Catholico exhibere conatu
Apostatam Bibliomastygem
Scripturæ S. ut & *Symboli A*
am, *Pseudo-Prophetam*
DEO non missum, *Diabol*
Patrum impium contemtore
briosum, mendacem, spurca
surram ac seditiosum flagr
dicio ac conscientiâ damna
& quod solum intermisit,
locum haberent, ponend
am. Post omnes alios, u
tantum unus accedat *Cara*
ologiæ suæ minus Funda
quibusdam testimoniis, ex
falibus & cæteris pluribus S
cerè excerptis, nec legitimè
in marginalibus glossis inser
ta fuit scelesta, genius vorax
gnavus, divinæ rei contemtor
mo immundus, contra dictame
agens, atrocia committens pe
Decalogum, furta & adulteria
permittens, &c. Mirum, quo
ssimi crimen silentio prætermi
men in proximè sequentibus
ex Theologorum in Angliâ re

simis expuncturus, in priori Anatomici operis pessimè consuti parte *Lutherum* orbi Catholico exhibere conatus est tanquam *Apostatam Bibliomastygem seu sacrilegum Scripturæ S. ut & Symboli Apostolici falsarium, pseudo-Prophetam & Apostolum à DEO non missum, Diaboli discipulum, SS. Patrum impium contemtorem, superbum, ebriosum, mendacem, spurcam & maledicum, scurram ac seditiosum flagrionem, proprio judicio ac conscientiâ damnatum, hæresiarchã,* & quod solum intermisit, omnium loco, si locum haberent, ponendum, verbo *Atheum.* Post omnes alios, ut è recentioribus tantum unus accedat, *Caramuel* nuper Theologiæ suæ minus Fundamentali, citatis quibusdam testimoniis, ex colloquiis Mensalibus & cæteris pluribus Scriptis, nec sincerè excerptis, nec legitimè adplicatis, hæc in marginalibus glossis inseruit: *Lutheri vita fuit scelesta, genius vorax & ebriosus, ignavus, divinæ rei contemtor, vitâ & calamo immundus, contra dictamen* conscientiæ *agens, atrocia committens peccata, tollens Decalogum, furta & adulteria præcipiens & permittens,* &c. Mirum, quod & hic *Atheismi* crimen silentio prætermiserit, cujus tamen in proximè sequentibus Calvinistas, ex Theologorum in Angliâ reformatorum testi-

Tom. I. pag. 65. Edit. Lugdun.

teſtimoniis, quorum & tu de *Atheiſmo* illius gentis agēs meminiſti, apertè reos egit; utut tandem id adjecerit, *videri Lutherum voluiſſe Ethniciſmum à Græcis transferre ad Germanos*, per quod minus obſcurè *Atheiſtam* fuiſſe eum ſignificare voluit. Quo jure, vel potius quâ cum grandi injuriâ hæc in *Lutherum* & Lutherano-Evangelicos effundantur, *Lutherus* non ſemel *defenſus* ac repetitæ toties pro Lutheraniſmo non *atheiſtico* ſed verè catholico vindiciæ Soli expoſitæ plus ſatis teſtantur Si ex lege talionis agendum, plurima in promtu eſſent, quibus ea, quæ non ſine calumniæ notâ Evangelicis præter omne meritum inuruntur, optimo jure & melioribus fundamētis, in accuſatores minus æquos retorqueri poſſent, id quod tu etiam benè monuiſti. Anſam ad alia plura præbere poſſunt, quæ *Voetius* de Atheiſmo agens Problemate ſeptimo, eodemque dogmatico breviter monuit. Ego hic illud tantùm, ad quod ſuprà me digitum intendiſſe nondum dememini, addam, ipſos Scriptores hodiè Pontificios ſibi mutuò & invicem adſcribere *Atheiſmū*, nominatim *Caramueli Sinnichium*, ob aliquâ ratione defenſam Polytheiſmi ex puris principiis naturalibus probabilitatem, de quâ ſequentem in modum ſcribit: Caramu-

Diſpp. Select. Tom. 1. p. 168.

in Saule Ex-Rege lib. 1. cap. 101. num. 379.

ramuel violatorem primi P
us ſupremi Numinis cultus
cuſandum autumat proba
mi, adſerit quippe: Deor
ſtando puris principiis na
poſſe & propugnari. Et
tia humana viribus natur
liſſimè créderet, dari plu
non tantùm probabiliter,
mè Ethnici homines ſuæ
relicti, ſive fidei illuſtrati
ſuadere ſibi poterant, plu
autem dari, procul dubio
dem ſecurè. Juxta Ej
ELIS PLACITA, quibus
que probabilitatem per ſe
tatem præſtare. Et poſt a
us quidem ac timidius de
Caramuel, quàm de Polyt
adſtruendo probabilitatem
ſtruere cogitur probabilita
què, juxta citatum ſupra A
Tertulliani, Chryſoſtomi
ſuffragiis firmatum, quo ſit
Numinum ſit probabilis, eta
minum perindè ſit probabiles
torem multitudinis Numin
babilitas, etiam cultorem n
perindè excuſet probabilitas.

ramuel *violatorem primi Præcepti, quo unius ſupremi Numinis cultus præſcribitur, excuſandum autumat probabilitate Polytheiſmi, adſerit quippe :* Deorum pluralitatem ſtando puris principiis naturalibus defendi poſſe & propugnari. *Et iterum*: Prudentia humana viribus naturæ relicta probabiliſſimè crederet, dari plures Deos. *Ecce, non tantùm probabiliter, ſed & probabiliſſimè Ethnici homines ſuæ humanæ prudentiæ relicti, ſive fidei illuſtratione deſtituti, perſuadere ſibi poterant, plures dari Deos. Si autem dari, procul dubio etiam coli, & quidem ſecurè.* Juxta Ejusdem Caramuelis Placita, *quibus adſerit, quamcunque probabilitatem per ſe benè agendi ſecuritatem præſtare.* Et poſt aliqua: *Cunctantius quidem ac timidius de Atheiſmo loquitur Caramuel, quàm de Polytheiſmo; ſed tamen adſtruendo probabilitatem unius directè, adſtruere cogitur probabilitatem alterius obliquè,* juxta citatum ſupra Athanaſii dictum, Tertulliani, Chryſoſtomi & Theodoreti ſuffragiis firmatum, *quo fit, ut ſi multitudo Numinum ſit probabilis, etiam nullitas Numinum perindè ſit probabilis*; & rurſus *ſi cultorem multitudinis Numinum excuſet probabilitas, etiam cultorem nullius Numinis perindè excuſet probabilitas.* Et poſt quædam

dam iterum: *Cogitur proindè Caramuel suis insistendo Maximis admittere probabilitatem Atheismi, ad eum modum, quo adstruit probabilitatem Polytheismi, ut dicat:* Prudentia humana, viribus naturæ relicta, probabilissimè crederet, nullum dari Deum, *Et verò hoc ipsum satis insinuat, cùm invincibilem DEI ignorantiam adstruit possibilem; si enim hæc fuerit invincibilis, nihil profectò obstabit, quin sit & probabilis.* Hæc omnia Sinnichius, qui infra quoque ex aliis capitibus *Caramuèli* & cæteris novarum moralitatum inventoribus Atheismum adscribit:

cap. 125. nũ. 469. *Planum est,* inquit, *eos, qui Decalogum offusis Probabilitatum nebulis obfuscare moliuntur, eâdem operâ ignorationem DEI humanis mentibus offundere conniti; Decalogus enim est illa ipsa Justitia seu Lex justitiæ, quam qui ignorat,* Lactãtio teste, *& ipsum Deum ignoret, est necesse. Proindè obfuscatio Decalogi parasceve est Atheismi. Undè & nonnemo eorum,* ipse nimirum Caramuel, ut ex loco suprà citato constat, *qui Decalogo multas ac densas obscuritatum nebulas offundere satagunt, eòusque subindè progreditur, ut excellentissimorum Authorum attestatione, quorum verò neminem nominat, constare contendat, multas fuisse respublicas & quidem benè gubernatas, à quibus omnis Deorum*

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [228] - 224
PUBLIC DOMAIN

rum cultus fuerit proscriptus. Et post quædam: *Sed nec admodum procul ab Atheismo stat illa adsertio:* In rigore loquendo videtur, quod homo non teneatur unquam per totam vitam suam elicere actum amoris DEI. *Nam cùm DEI notitia ordinetur ad ipsius dilectionem, proclive est, ut qui se liberum reputat ab obligatione DEum diligendi, liberum pariter se reputet ab obligatione eungem noscendi. Huc referri quoque potest articulus ordine postremus inter illos septendecim, quas schola Lovanienſis Theologica Ao. 1653. ad instantiam Archi Episcopi Mechliniensis reprobavit:* Absolutionis capax est homo, quantâvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, etiamsi quoque per negligentiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. *Quid est enim, quantâvis ignorantiâ Mysteriorum Fidei laboret, nisi, etiamsi tantis ignorantiæ tenebris subjaceat, ut ne Deum quidem esse cognoscat? Ecce, quousque prolapsi sunt novelli probabilitatum patroni, ut etiam* atheos *fingant absolutionis capaces, cùm Apostolus disertissimè pronuntiet:* Sine Fide impossibile est placere DEO, credere enim oportet accedentem ad DEum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit? *Hactenus ille,* quæ iis defenda re-

da relinquo, quibus hæc & talia novæ moralis Theologiæ portenta placent, in nuperis contra Lovanienſem Thomiſtam *Sinnichique* antehàc collegam vindiciis eadem ex eodem uberius exponens, hic non prolixè iteranda.

Ut in Scrutinio Religionum de Atheiſmi crimine ſuſpectarum ulterius pergam, de Calvini hodienùm ſectatoribus non immeritò quæritur, num & ii aliquâ ratione ſub hunc cenſum veniant ac *Atheis* adnumerari jure poſſint? Ægrè quidem hactenus, ſed tamen ab Evangelicis id factum eſt, reſpectu inprimis doctrinæ de *fatali determinatione & causâ peccati*, quam per conſequentiam non adeò prolixam ad *Atheiſmum* ducere, oſtenſu perfacile eſt. Non urgebo autem invidiosè eas Anglorũ de religionis ſuæ *Atheiſmo* confeſſiones, quas *Caramuelem* Teque etiam allegare paulò ante dixi; neque objiciam eis *Reginaldi Calvino-Turciſmum*, utpotè de quo D. *Dannhaverus* teſtatur, *multa in eo calumniam ſpirare*, retortum & compenſatum per *Sultivii Turco-Papiſmum*, ex quorum utroque multa nuper excerpſit *Nethenus* Profeſſor Ultrajectenſis in collectaneis Anglicanis, defenſioni Concordiæ Ultrajectenſis contra *Mareſium* adnexis; quin nec operoſus *Atheiſmum* omnibus

Ibid. D. Dannh. Hodom. Tom. 1. pag. 891. & 391. ſeqq.

Ibid. pag. 671.

fosius *Atheismum* omnibus reformatis Doctoribus communem faciam, quem communi eorum doctrinæ sub nomine *Vorstii* adscripsit *Becanus*, cùm in iis ipsis capitibus, quorum ratione *Atheismi* fuit accusatus, à cæteris secessum fecerit, ipseq; *Voetius* concedat, de *Atheismo theoretico indirecto secundario* agens, quosdam ejus errores non immeritò dici *Atheismos*, addens, alios etiam religionis suæ Philosopho-Theologos *Vorstio* Atheismum impingere, imò ipsum quoque Regem Angliæ *Jacobum* in declaratione suâ super *Vorstii* causâ, verbis & ore Legati sui hoc Epiphonema *Vorstii* novatibus adscripsisse : *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Illud tantum addo Doctores, ut vulgò audiunt, reformatos, plurimæ adhuc reformationis indigos, & ex nupera *Hoornbeckii* ad *Duræum* de *Independentismo* scribentis ingenuâ confessione, adhuc *reformantes*, & si verum fateri velint, reformandos, non ægrius ferre debere, si per justissimam omni modo consequentiam accusentur viam per Dogmata modò citata ad *Atheismum* sternere; cùm & ipsi valdè liberales sint in imponendo *Atheismi* crimen fratribus olim suis *Arminianis* hodiè *Remonstrantium* nomine notis, ut in specie ex iis manifestum est, quæ communi, ut videtur,

Disp. Select. Tom. 1. p. 120.

cōf. Lact. in Comp. Hist. Univers. p. 699. & seq.

pag. 130.

detur, nomine ad minimum cum Theologorum Leidensium, *Polyandri*, *Riveti*, *VValæi*, *Thysii*, Elogio & solenni adprobatione, *Vedelius* in Arcanis, quæ vocat, Arminianismi, ex Confessione Fidei & Apologia ipsorum collegit, non in Epistolâ tantum Dedicatoriâ aliquoties *Atheismi* Remonstrantici faciens mentionem, sed & operi præfigens Catalogum pestilentissimorũ & horrendorum Dogmatum, quibus Remonstrantes *Atheismi* speciem eam, quæ *Libertinismus* vocatur, in Ecclesiam DEI introducere ex professo conantur, ex quibus manifestum esse judicat, Remonstrantes non solùm *Libertinismum* in Ecclesiam ex professo introducere conari, sed etiam *Atheismo* crasso & plusquam Diabolico fenestram ac portam aperire patentissimam, id quod postmodum uberius sub initium primi & sub finem posterioris libri deducit, quin & in sequentibus ejusdem operis partibus contra *Vedelium Rhapsodum* à Remonstrantibus editum vindicare studet. Conquesti sunt de hâc accusatione graviter tanquam grandi injuriâ Remonstrantes non semel in iis Epistolis, quas ante hoc octennium hinc inde collectas *Amsterdami* ad exhibendum innocentiæ suæ testimonium publicârunt, inter quas sub literis A. B. C. extat

ad

ad *Episcopium, Arminii* in Cathedrâ succes- *pag. 685.*
sorem & defensorem Epistola, quæ editis *cõf. Casp.*
nuper *Barlæi* Epistolis etiam inseritur, in *Barlæi,*
quâ *Heinsius* causæ Remonstrantium ma- *Epist.*
gnus insectator dicitur, quiq; modò *Atheis- Tom. 1.*
mum*,* modò mitius *Socinianismum* Remon- *num. 141.*
strantibus impingat, qui tamen ipse ibi- *p. 325.*
dem *Sabellianismi* in Aristarcho expressi
accusatur, de quo alii & alibi videant. Il-
lud hâc occasione non præter rem omni-
nò erit observasse, quod D. *Calovius* noster
in Epistolâ ad *Considerationem Arminianis-*
mi Dedicatoriâ notavit, quosdam non præ-
ter rem dixisse, *Vedelium* majori molimi-
ne quam adparatu aut judicio causam
hanc, in genere verò *Contra Remonstrantes*
plerosque non ubiq; satis bonâ fide in recen-
sendis Arminianorum sententiis egisse, non-
nulla etiam ἀμετρία τῆς ἀιδολκῆς non raro ab-
reptos fuisse, omnesq; illos non ad normam
Verbi divini, sed ad Confessionum Reforma-
torum Regulam Lesbiam dogmata Eorum e-
xegerint; quamvis adeò illos ab *Atheismi*
labe puros non pronuntiaverit, ut potius
non obscurè nec in uno loco illos ejusdem
reos sistat, nominatim in primo statim ca-
pite de Scripturâ S. & de Notitiâ DEI na-
turali, ostendens, *vanum esse atque frivo-*
lum, quod de argumentis deductis ex Princi-

piis Philosophicis, in Quæstione, An sit Deus? Remonstrantes obvertunt, quod nimirum ea tam operosè sint elaborata, tot exceptionibus involuta, tot distinctionibus, postulatis, hypothesibus intricata, ut indoctus ea sæpè adsequi non possit, & doctissimi quoque non rarò reperiant, quod in iis desiderent. *Quod si enim ita se res habeat*, inquit, *non poterunt sanè Athei Scripturam S. reprobantes convinci de Deo, vel probabilis saltim & sceptica erit etiam illa de Deo disputatio, non Scientiam certam, sed meram tantum opinionem gignens.* Pertinent huc duæ Dissertationes ante triennium *Argentorati* habitæ, prior *de Scepticismo Remonstrantium*, posterior *de Atheismo Socinianorum*, quibus si jungas, quæ alii contra novam hanc vel noviter potius interpolatam hæresin orbi catholico ad vindicandam orthodoxiæ veritatem publicis exhibuerunt scriptis, è nostrorum catalogo *Franzius*, *Gravverus*, *Meisnerus*, & laudatus paulò ante *Calovius*, ex Reformatorum serie autem præprimis *Maresius & Hoornbeckius*, nihil ad hujus rei demonstrationem deerit, nisi quod his posterioribus propriæ non rarò hypotheses impedimento esse videantur, quo minus felici cum eventu contra illos pugnent, id quod etiam de Romanæ partis Scriptoribus Anti-

Anti-Socinianis verum e
baptismo statuendum sit,
cum *Atheismo* aliquã hab
in dubio forsitan videb
qui intimiora sectæ hujus
à D. *Müllero*, Hamburg
Spanhemio itidem & C
gris Systematibus est p
dubitabunt quod hic i
ficere potest. Ego ad
zele amicissime, qui d
tinii tui varietatem R
mi crimine suspectar
tis, vocem *Athei* &
dũ valdèq; passim æq
is, si vel olim Christian
latricis, vel hodiè Evan
Pontificiis, vel etiam
gionem negantes aut o
accensentur, nominati
& *Judaismi* sectatores,
zum addis eo ipso, du
quin & *Epicuri* & Sto
mentionem ex *Cornelio*
ingenuè fatcor, Tecum, &
veniâ, hactenus non faci
eo faciam, à me impetrar
enim ad modum sine a
modum valdèque latâ *A*

P

Anti-Socinianis verum est. Quid de *Anabaptismo* statuendum sit, & num ille etiam cum *Atheismo* aliquâ habeat cõmunionem, in dubio forsitan videbitur positum. Sed qui intimiora sectæ hujus rimantur, quod à D. *Müllero*, Hamburgenti Theologo, à *Spanhemio* itidem & *Cloppenburchio* integris Systematibus est præstitum, de eo vix dubitabunt quod hic indicasse tantum sufficere potest. Ego ad Te iterùm redeo, *Spizeli* amicissime, qui dum sub initium Scrutinii tui varietatem Religionum de *Atheismi* crimine suspectarum breviter indagantis, vocem *Athei & Atheismi* latè admodũ valdèq; passim æquivocè usurpari statuis, si vel olim Christiani à gentilibus idololatricis, vel hodiè Evangelico-Lutherani à Pontificiis, vel etiam omnes Veram Religionem negantes aut oppugnantes *Atheis* accensentur, nominatim *Muhammedismi & Judaismi* sectatores, quibus & *Ethnicismum* addis eo ipso, dum de *Aristotelis*, quin & *Epicuri* & Stoicorum *atheismo* mentionem ex *Cornelio Lapidense* fecisti; ingenuè fateor, Tecum, & ut spero, tuâ cum veniâ, hactenus non facio, nec ut Tecum in eo faciam, à me impetrare possum. Quem enim ad modum sine æquivocatione admodum valdèque latâ *Atheismus* intelligi-

tur, quem Papæi strictiores laxioribus, Papæis adeò indiscriminatim Reformati & hi versâ vice illis, utrobiq; Evangelico Lutheranis non multũ adeò dissentientibus, Reformati item *Vorstio*, Remonstrantibus & Socinianis, & Anabaptistis, neque hic abnuentibus Evangelico-Lutheranis, impingunt; ita nullum est dubium, quin sine omni latitudine æquivocatrice *Atheismum* christianis olim impactum gentiles Idolorum cultores voluerint intellectum, hodieque velint intelligi, qui Evangelico-Lutheranos ex parte Pontificiorum hoc crimine solent diffamare. Neque video, cur latius & æquivocè dicendi sint *Athei*, qui veram Religionem negant aut oppugnant, & cur non propriè Muhammedismi, Judaismi & Gentilismi sectatores in *Atheorum* censum referri possint? Quid enim aliud agere videri possunt, qui veram Religionem negant aut oppugnant, quàm ut veram DEI notitiam debitumque ex eâ DEO cultum animis hominum eximant prorsusq; deleant, quod æquivocè saltim & in latiori significatione *Atheismum* dicere, nescio, an consultum sit. De tribus verò magnis extra Ecclesiam Sectis in specie Muhamedismo, Judaismo & Gentilismo dicere, continere eas Atheismũ pariter in sensu latiori & æquivoco, nescio, an tutũ sit, & num earum e-

nor-

normitati describendæ ex asse hâc ratione fiat satis. De Gentilismo quidem *Fromondus* etiã aliquãto mitius judicasse legitur, ad classicũ de eorum *Atheismo* locũ sequentia notans: Eratis sine DEO, id est, Vero, *sal-* Ephes. 2.
tem plerique vestrûm; nam Philosophi quidam gentiles verum agnoverunt Deum. Sine Deo, *Græcè* ἄθεοι, *quomodo propriè vocantur, qui nullum omninò Numen, nec verum, nec falsum agnoscunt. Hic autem ista Vox sumitur* latius, *ut & comprehendat eos, qui falsos tantùm DEos colunt.* Dum de quibusdam Philosophis gentilium concedit, eos verum agnovisse DEum, provocans ad aliud æquè classicum ejusdem Apostoli oraculum, juvat videre, num ad illud consentanea hisce adnotaverit, ita scribens: *Quod notum est DEI,* Rom. 1.
Græcè, quod cognoscibile est DEI, id est, *quod naturaliter de DEO per Philosophiam cognosci potest;* manifestum est illis, *id est, clarum & ipsis per demonstrationem, & in animis ipsorum lucet, in quibus ista DEI cognitio detinetur captiva. Naturale enim Lumen Intellectûs cognoscit aliquem Summum universi Rectorem, unicum, omnipotentem, summè Bonũ, summè Justũ, &c.* Deus enim illis manifestavit, *tribuendo naturale Lumẽ Intellectûs, quo per discursũ ex Creaturis manifestè cognoscant Creatorẽ.* Nam revera in-

de Spir. & lit. cap. 12.

quit Augustinus, *sicut magna ingenia Deum, quærere perstiterunt, sic invenire potuerunt. Unde quidquid ingenium, suum Athei jactet, re verâ parva sunt aut stupida, qui DEum aliquem esse in universo ex creaturis non intelligunt, vel potius intelligere nolunt, ne vitia sua deserere cogantur, si supra caput suum timeant vindicem.* Ad priorem locum quod adseruit, quosdam Philosophos gentiles verum agnovisse Deum, videat, quomodo defendat contra ejusdem Apostoli sententiam, supra non semel allegatam, qui in citato proximè Oraculo de gentilibus in genere testatur, quod non consultum duxerint vel probaverint τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, è quorum numero an Paulus quosdam exemtos voluerit Philosophos, ex circumstantiis Textûs non patet, quidquid etiam sive antiquis quibusdam sive etiam recentioribus videatur Interpretibus, cùm ab Apostolo nullâ planè hujus exemtionis & differentiæ indicium sit factum, cujus, ut ex omnibus ferè contextûs particulis manifestû fieri potest, scopus non fuit, contra Philosophos tantùm agere, sed contra sapientes & insipientes, contra illos, quibus salutaris Evangelii illuminatio proposita fuit, id est, cõtra omnes homines, Græcos & Barbaros, quos contaminavit Impietas

& In-

& Injuſtitia, quos demùm convincere coram Judicio divino & inexcuſabiles reddere ſategit. Illud ipſum enim γνωστὸν apud omnes omninò homines adultos, ex divinâ Inſtitutione & Providentiâ, hoc operari debuit, ut niſi illius ſtimulos ſequerentur ad contrectandum DEum, nullam ignorantiæ DEI excuſationem juſtam & valituram habituri ſint & habere poſſint. Undè per ſe eluceſcit, non eam tantum h. l. intelligi Θεογνωσίαν, quæ ex diſcurſu circa Creaturas inſtituto conſequitur. Quamvis enim hæc à quovis, qui vires Ingenii intendit, obtineri poſſit, oritur tamen potiſſimum ex coñato illo γνωστῷ, quod tanquam ἡγεμονικὸν mentem gubernans ſi abeſſet, non ita facilis eſſet illa ex inſpectione Creaturarum Θεογνωσία. Illud enim γνωστὸν univerſale eſt, & omnibus hominibus ad rationis Judicium matureſcentibus ſtimulos de DEO ingerit. Contra hoc univerſaliter gentes Idolatriâ, & qui ei nexu indiviſo conjunctus eſt, *Atheiſmo* niſi ſunt, ut Præceptor optimus D. *Dorſcheus*, optimè ad hujus loci illuſtrationem obſervavit. Benè etiam ad priorem locum *Eſthius* notavit, Apoſtolum atheos vocare, *non qui nullum eſſe Deum credunt, ſed qui verum ignorant Deum; tales enim licet multos colant Deos, revera tamen ſine*

Theol. Zachar. part. 2. diſp. 6. p. m. 230.

ſine DEO ſunt in mundo, id eſt, *ſine DEI notitiâ & cultu, cùm non ſit alius DEus & Verus DEus.* Et quia in poſteriore loco Apoſtolus de his gentilibus idololatricis & hinc atheis teſtatur, quod DEI cognitionem detineant captivam, non minus notanter idem *Eſthius* hoc ita explicavit: *Veritatem DEI in injuſtitia detinent, qui veram, quam de DEO adſecuti ſunt, notitiam per injuſtitiam*, id eſt, *pravitatem ſuæ voluntatis ſupprimunt, ac veluti captivam intra ſe tenent, dum vel non communicant cum aliis, vel non oſtendunt per opera Pietatis, ſed magis ad conditoris injuriam divinos honores creaturis tribuunt* quæ etſi in ſequentibus quoque de Philoſophis intellecta velit, ex antecedentibus tamen ſatis patet, de gentilibus in univerſum intelligi debere. Quod ſi ſit, & cur non ſit, hactenus nondum patet, prætenſa hæc *Atheiſmi* latitudo vix locum habebit, quin gentiles ob rationes ab Apoſtolo allegatas propriè dicantur *Athei*, id eſt, verum Deum, quem ex lumine inſito & naturali aliquo ſaltim modo poterant cognoſcere, non cognoſcentes, & quod per ſe ſequitur, ex debito non colentes. Indè *Cyprianus* in de Idolorum vanitate: *Hæc eſt ſumma delicti, nolle agnoſcere, quem ignorare non poſſis.* Ut Gentiliſmo jungam Judaiſmum

ismum & Muhammediſmum, teſtatur de ſe *Caramuel*, quod in peculiari quodam opere demonſtrandum adſumſerit, *Deum Muhammedanorum, qui dicitur revelaſſe Alcoranum, fuiſſe ignorantiſſimum ac ſordidiſſimum, adeoque dici, non autem eſſe verum Deum; & hinc concludere, Ethnicos, Judæos & Muhammedanos hoc ævo* Atheos *potius, quàm infideles eſſe, ideò quia adorant impoſſibile Numen, & impoſſibilis Majeſtas non eſt Deus.* Hortatur deindè quendam Romanum, ut contra Gentiles ſcribat, jubetque, ut opus hocce ſuum in duas partes dividat, ut duplicem expugnet Atheiſmum, *In primâ parte*, inquit, *dari Deum clariſſimis argumentis evincere debes; in ſecundâ ſuadere poteris Deum Gentilem, Rabbinicum & Saracenicum non eſſe DEum ſecundum eſſe, ſed tantummodò ſecundum dici. Tot enim ipſi ſceleribus & imperfectionibus illam onerant ideam, quam vocant Deum, ut Deus eſſe non poſſit, cùm ſit perfectiſſimus, ſanctiſſimus & puriſſimus. Sed Judæi, cùm Trinitatem DEO negant, imperfectionum abyſſum in divinitatem abducunt. Ethnici cùm Deos ſuos ſceleribus commaculatos aſſerunt, illos ſanctitatis ſpoliant infinito attributo. Et Agareni, cùm DEO Lenonis officium aſſingunt, & propudioſæ libidinis inſtitutorem aſſerũt,* illum

Theol. Regul. Tom. II. pag. 254.

illum sordidum fuisse pronuntiant. Ethnici ergò, Judæi & Muhammedani, dum sibi Deum fingunt, qualem audent, duplicis Atheismi impietate irretiuntur, & ut scribit suis Ephesiis Paulus, non habent Deum. In paulo antecedentibus hæc præmisit: *Judæi paulatim in Gentilismum ruunt, & Muhammedani, ut canes sordidi, ad vomitum videntur reverti.* Incidit dum hæc scribo non adeò impertinens, quod non ante multum disputari & dubitari à quibusdam cœptum est, *num Judæi hodiè & Muhammedani Idolorum cultores dicendi sint?* disputari inquam, & dubitari; imò, quod amplius est, etiam negari, non sine eorum suggillatione, quibus affirmativa hactenus probabilior est visa. Equidem, si, quod res est, dici debet, intelligenda hæc sunt non de crassâ idololatriâ, quâ statuæ & imagines Deorum & Sanctorum indebitâ ratione coluntur, utpote qué cultum utrosque horrere nemini ferè ignotum esse potest. Et de *Muhammede* quidem ex *Elmacino* refert *Hottingerus*, Eum publicatâ vocatione sectatoribus suis inter cætera doctrinæ capita hæc primo posuisse loco, dum credere jussit in solum Deum, Eumque colere & adorare, Idolorumque cultum destruxit. *Judæos* quod attinet, inter præjudicia, quæ contra, religionem christianã in genere solent allegare, *Hoornbeki-*

Histor. Orient. lib. II. cap. III. p.m. 247.

beckius illud quoque
die offendantur adorati
rum atque Imaginum
te, & hos & illos ab or
absolvi non posse, ac
& Apologiæ Confessio
que orthodoxorum
Placet, quæ insignis
de meis addat annos,
hanc ex professo tra
pertinentia, oppor
instituti rationem m
contra intempestiv
medanorum Advoc
mentatus: *Si Ethn*
Trinitatis ἄγνοι *judæ*
erâ, *Judæi & Muha*
Trinitatem magis mul
ac per consequens invoc
cabunt verum DEum,
blasphemant; sed Idolol
DEum alienum sibi fact
abnegando. At verum e
tes cognitione SS. Trinit
tur ἄγνοι, ignorasse DEum
bus ignorantiæ, non aud
Eph. II Gal, IIII, Rom.
hil amplius probo seculi
ut Judæorum & Muha

beckius illud quoque numerat, quod valdè offendantur adoratione & cultu Sancto-rum atque Imaginum. At hoc non obstante, & hos & illos ab omni Idololatriæ reatu absolvi non posse, ad mentem B. *Lutheri* & Apologiæ Confessionis Augustanæ, plerique orthodoxorum constanter statuunt. Placet, quæ insignis Theologus, cui Deus de meis addat annos, precor, quæstionem hanc ex professo tractans, inter alia huc pertinentia, opportunissimè ad præsentis instituti rationem monuit, hunc in modum contra intempestivos Judæorum & Muhãmedanorum Advocatos & Patronos argumentatus: *Si Ethnici ob ignorantiam SS. Trinitatis ἄθεοι judicantur à Scripturâ Sacrâ, Judæi & Muhammedani negantes SS. Trinitatem magis multo tales erunt habendi, ac per consequens invocatione suâ non invocabunt verum DEum, quem abnegant, & blasphemant; sed Idololatriam committent, DEum alienum sibi faciendo, verum Deum abnegando. At verum est prius, quia Gentiles cognitione SS. Trinitatis destituti dicuntur ἄθεοι, ignorasse DEum, vixisse temporibus ignorantiæ, non audivisse de DEO*, vid. Eph. II Gal, IIII. Rom. X. Nimirum nihil amplius probo seculi hujus defuit quàm ut Judæorum & Muhammedanorum res agere-

de condert. Judæis, Prælego. pag. 17. conf. D. Müller Judaïs. lib. I. cap. 13. p. 441. Dallæi de Objecto Cultûs, lib. I. cap. 16. pag. 139. & seqq.

ageretur & ad defensionem susciperetur, quos tamen ob notas in Deum Trin-Unum, Verum, Bonum criminationes & blasphemias execrari, propterque exiguam valdè de eorum conversione spem justo DEI judicio commendare fas est & justum. Timendum sanè est, ne illud quoque tandem accedat, interque novarum in religione opinionum sectatores inveniantur, qui eosdem ab *Atheismo* etiam absolvant, quod ne unquam fiat, omnibus omninò modis cavendum est. De *Aristotelis*, *Epicuri*, ut & *Stoicorum* Atheismo, cujus aliquam quasi in transcursu mentionem facis, proximè agam, ubi de Philosophorum *Atheismo* occasione *Cartesii* paucis erit agendum. Jam prætermisso *Terminorum Scrutinio*, cui quid post *Voetium* addi possit, non video, ad *Scrutinium Nationum sive Locorum* progredior tecum, occurrente primùm statim *Italiâ*, inque eâ notis in vulgus *Atheismi* Professoribus *Marchiavello*, *Petro Aretino*, *Julio Cæsare Vaninio*, *Angelo Politiano*, *Hermolao Barbaro*, *Cremonio*, *Mureto*, aliis, quorum magna aliàs in literis, quas vocant humaniores, utinam diviniores! gloria fuit. Ego de præcipuis eorum pauca quædam, ex aliorum judicio tamen & censurâ, addam, si tribus verbis de *Italiæ* ipsius genio aliquid præmi-

præmiſero. Turpe eſt autem nimis illud Elogium, quod ex Authore quodam Gallo recitat *Limnæus*, inter chriſtianos omnes Italos eſſe peſſimos, *& inter Italos eſſe peſſimos Romanos*, &c. Si ſomniis non quidem ſtultorum, ſed ſapientum, quæ non ignotus tibi *Firmianus* nuper eruditè & multo cum ſale finxit, fides eſt adhibenda, ita ſe à *Flavio* quodam de *Pietate fugitivâ* agens informari paſſus eſt: *In his habes Italicæ pietatis fidelißimam Iconem. Multa in ſignis eſt, conſpici vult, ita ſine Arte nihil agens, niſi ſua gentis genium omninò exuerit, ut etiam dum videtur ſimplicior, apud ſagaces ſuſpicione non careat. Candidißimæ virtutis viros in eâ quoque regione inveniri haud diffiteor, ſed frequentior eſt omninò ille actionum verborumque circuitus, quo luduntur, qui flexuoſam gentem, neq; rectè incedere ſoliti am haud ſatis cognovere.* Putares, fide indignam eſſe hanc hominis exteri de peregrinæ gentis pietate cenſuram, eoque ipſo, quia à judicio forſitan non puro venit, aliquatenus ſuſpectam, niſi apertiſſimè etiam de *Gallis*, civibus ſuis, judicaſſet, ut poſthæc proximè videbitur. Propius ut ſcopum nobis præfixum reſpiciamus, dum citatus modò à *Limnæo* Author itidem Gallus inter Italos dixit Romanos eſſe peſſimos, præter commu-

adCapitul. Imper. p. 1326

nem ferè totius Europæi orbis consensum, multa aliorum testimonia id satis superque confirmant. Nos uno tantum atque altero erimus contenti, Est, ubi *Thomas Campanella*, de quo paulò post, in Philosophiæ realis parte tertiâ, de Politicâ agens, Religionem in variis regionibus variâ exponens, de plerisque Transsylvanorum scribit, *eos immortalitatem animorum & Sanctam Trinitatem sustulisse, alios tandem multos negare Deum esse.* Hugo Grotius in adnotatis hæc inter alia adjicit: *De quibus Transsylvanis hîc & alii accusantur, utinam liberi sint Romani, & ipse, qui hæc scribit, quod non frustra dici intelliget, qui opera ipsius legerit.* Ne autem & hic testis aliquâ ratione suspectus minusque fide dignus habeatur, utut documenta non desint, quibus eum postremis Annis *Romæ* non adeò ingratum fuisse certum est, placet addere & recentissimum & exceptione, ut videtur, omni majorem, illum videlicet Scriptorem Anti-Politicum, cujus in hâc dissertatione Epistolari hactenus non semel facta est mentio, qui sub finem libri Proœmialis, quem operi suo *de ortu & progressu Spiritûs pseudo-Politici* præmisit, hæc monuit: *Rectè quis, quod Hieronymus de Arianismo, dicere posset de Politicismo:* Ingemiscens orbis terrarum *politicum* se esse miratus est. *Et profectò verendum*

cap. 8. num. 14.

Vid. H. Gr opusc. pag. 169.

dum est, ne brevi, nisi politico Spiritui strenuè obsistatur, totus pènè evadat atheus. Nam Atheismum vehementer invalescere, testes sunt nec pauci, nec vulgares. Et postquam de Galliâ Authores, quos tu etiam, citavit testes, ut & de Germaniâ, Angliâ & Poloniâ, *Vaninii* etiam de Italiâ Atheismo infectâ testimonium Tibi quoque non incognitum allegans, hæc breviter addidit: *Ipsam denique Romam ab hâc peste immunem non esse, Cornelius noster, non ita pridem Romæ degens, scripsit.* De Atheismo Romanæ gentis practico nihil attinet dicere per testimonia, quæ nemo ferè, nisi omnium planè rerum ignarus, nescit. Collegit multa non ita quidem *Tremellius*, Ex-Jesuita, ibidem loci antehàc vivens, in Revocationis suæ contra *Ottonem* vestrum ἀνυποκρίτου καὶ ἑαυτοτιμωρουμένου Defensione Apologeticâ, ad quæ nullus & nemo hactenus mutire fuit ausus. Ex eorum autem numero, quos præ aliis Atheismi notâ inter Italos fuisse insignes, ostendisti, *Machiavellus* eminet, cujus tamen infelix memoria, dum in Scrutinio causarum recurrit, eorsum non immeritò reservatur; aliis se jam sistentibus, qui suum inter Atheistas Italos locum occupare desiderant, nominatim *Petrus Aretinus*, cujus & Epitaphium duplex & Effigi-

em cum Inscriptione ex B. Soceri tui, singularis olim, ut audio, Literatorum Patroni thesauris, ad Atheismum ejus demonstrandum adducis, præter mentionem libri de tribus Impostoribus, ex *Marchantio* inferius iteratam. Hinc (teste Laur. Crasso in Elog. Viror. Lit. Ital. ed.)

Ad tumulum Petri Aretini Venetiis in Ecclesia S. Lucæ sepulti hoc Epigramma fuit compositum.

Condit Aretini cineres lapis iste sepultos
Mortales atro qui sale perfricuit.
Intactus Deus est illi: Caussamq; rogatus
Hanc dedit: Ille, inquit, non mihi notus erat.

Ejusd.

Hinc jacet ille canis, qui pessimus ivit in omnes
Demto uno, quem non noverat ille, Deo.

Ejusd.

Primorum mastyx molli hac requiesco sub urna
Viventi cui mens irrequieta fuit.
Nulli ego mortali, superis si forte peperci,
Ignoti superi fortè fuere mihi.

Ejusdem.

Amarus jacet hic, Viator, hostis
Vivorum simul atque mortuorum, Dis

Dis convitia nulla di
Excusans sibi cognito
Epitaphii etiam meminit
dus Musæi sive Biblio
quam publicæ Extruc
Claudius Clemens, sed m
te verborum ordine &
cet in modum:

Qui giace l' Aretin,
Che d' ogn vn dice
Ma se scusò dicend

Addit Bibliothecariu
Aretinum hoc Epigram
spicari possis ex His
prohibitorum, ubi abso
prohibentur. Talis porr
lis oratio; & ex malâ v
mum prolapsus. De ejus
in Effigie nomini adscri
us in de Scriptoribus no
memorat: Ipse Numis
quorum in parte unâ spr
hâc Inscriptione: Il Divi
terâ parte sedens Ipse in s
dibus Oratores Regum P
rum, munera ferentes, e
I Principi tributati da i
il servitor loco. In Bibl

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [248] - 244
PUBLIC DOMAIN

Dîs convitia nulla dixit, & se
Excusans sibi cognitos negavit.

Epitaphii etiam meminit eruditus & jucundus Musæi sive Bibliothecæ tam privatæ quam publicæ Extructor & Instructor, *Claudius Clemens*, sed mutato aliquâ ex parte verborum ordine & tenore, hunc scilicet in modum :

Qui giace l' Aretin, Poeta Tosco, *lib. 1. sect. 8 cap. 4. pag. 269.*
Che d' ogn vn dice mal, fuorche di Dio,
Ma se scusò dicendo, Io nol conosco.

Addit Bibliothecarius : *Fuisse aliquid causæ*, Aretinum *hoc Epigrammate confodiendi, suspicari possis ex Hispanico Indice Librorum prohibitorum, ubi absolutè opera ejus omnia prohibentur. Talis porrò solet esse vita, qualis oratio ; & ex malâ vitâ facilis in Atheismum prolapsus.* De ejus autem Divinitate in Effigie nomini adscriptâ *Jacobus Gaddius* in de Scriptoribus non Ecclesiasticis hæc memorat : *Ipse Numismata fieri curavit, quorum in parte unâ spirabat Imago sua cum hâc Inscriptione :* Il Divino Aretino. *In altera parte sedens Ipse in solio habebat sub pedibus Oratores Regum Principumq; magnorum, munera ferentes, cum hâc Epigraphe :* I Principi tributati da i popoli, tributano il servitor loco. *In Bibliothecâ Chalcographicâ* *Tom. I. pag. 13.*

phicâ Boissardi posterius hoc ita exprimitur:

Principibus populi pendunt tributa, ab eisdem
pendi sueverunt quæ tibi Principibus.

Gaddius hæc porrò addit: *Cur sibi arrogaverit aliorum consensu Divinitatem, nescio, nisi fortè DEI munus exercuisse dicendus sit, cùm summa capita velut celsissimos montes fulminaverit, linguâ corrigens & mulctans, quæ ab aliis castigari nequeunt.* De Vanino, præter ea, quæ à *Voetio* Teque non uno in loco fuêre memorata, juvat hic adscribere *Grammondi* prolixam, at elegantem pro more recensionem, nec fortè ubivis obviam, qui ante hoc Semi-seculum Parlamenti Tholosani placito eum fuisse damnatum narrat, sequentia de eo exhibens Lectori:

lib. 3. Histor. pag. m. 210. Lucilius Vaninus *apud plerosque pro hæresiarchâ habitus, mihi pro atheo; neque enim hæresiarcha, qui Deum negat. Medicinæ in speciem Professor erat, re seductor incautæ juventutis. Illi in irrisum sacra & religiosa. Christi humanitatem execrabatur, DEum ignorabat, sorte omnia fieri existimabat; Naturam pro matre optimâ & omnium nutrice adorabat, ut dici posset ex multis error unus, quem pervicaciter profitebatur Tholosæ loco sancto. Et ut novis allicimur, præci-*

puè

puè dum caleſcit primâ adoleſcentiâ ſanguis, ſtatim errorum ſequaces habuit non paucos ex iis, quos Schola recens dimiſerat. Gente Italus, literarum rudimentis Romæ *imbutus, Philoſophiæ & Theologiæ incubuerat magnâ ſpe; cùm ad impia & ſacrilega prolapſus ſacrum Sacerdotii characterem polluit libro infami, quem ſcripſit in hunc titulum,* de Arcanis Naturæ, *quo non erubuit profiteri naturam omnium Deam. Ob crimen, cujus in Italiâ reus erat, in Galliam profugus Tholoſam venit. Deliteſcit Vaninus per tempus, donec illum libido in gloriam adigit, ut Fidei Catholicæ arcana vulgaret in problemata primùm dein in irriſum. Statim altâ admiratione defigi adoleſcentes, quibus inter nova placent maximè, quæ probantur paucis; mirari quæcunque diceret, imitari & ſequi. Poſtulatus corruptæ per novum dogma juventutis in vincla conjicitur, Catholicumq; ſe orthodoxum mentitus differt, quam meruerat pœnam, jamq; ambiguâ probatione dimittebatur; cùm* Franconus, *vir Proſapiâ illuſtris, vel uno hoc indicio vitâ probiſſimus, negatum ſibi à Lucilio perſapè Deum, dataque objicit in ludibrium Fidei arcana chriſtianæ. Committitur reo teſtis & ſuſtinet, ſiſtitur Senatui audiendus de more reus; in Sella ſedet, rogatusque, de* DEO *quid ſentiat, re-*

ſpondet: Coli ſibi in Trinitate unum, qualem adorat Eccleſia orthodoxa; DEUM planè convincere Naturam ipſam. *Hæc cùm diceret, fortuitam è terrâ paleam legit, manuque ad Judices protensâ.* Hæc, *inquit*, jubet, ut credam, DEUM eſſe. *Deindè ad Providentiam prolabi*, ut jactum Semen in terram, ut elanguiſſe viſum & mori, ut ex putrefacto albeſcit, ut viret & naſcitur, ut ſenſim creſcit, ut adoleſcit rore matutino, ut luxuriat infusâ largius deſuper aquâ, ut in ariſtas armatur prohibendis per ſpicula avibus, ut in ſtipulam erigitur & frondeſcit, ut flaveſcit provectius, demiſſoque ut ſupercilio languet, donec moritur, ut poſtmodùm trituratur, ſeparatoque ut à paleâ fructu, grano homines, paleâ vivunt animantes uſui hominum debitæ. *Unde concludebat*, Deum eſſe Naturæ authorem: *Quod ſi id totum à Naturâ fieri objicitur, regrediebatur ab hoc grano ad proximè antecedens, hunc in modum*: Si id ſeminis natura produxit, quis immediatè proximum? Si & illi debita ex naturâ proceſſio, quis antecedens? *donec ad primum veniret*, quod neceſſarium eſt fuiſſe creatum, cum non eſſet, à quo produceretur. *Naturam creationis incapacem eſſe probabat multis*; ergò Deus eſt

eſt creator omnium. Hæc
ſentationem doctrinæ, aut
quàm ex Conſcientiâ. At eni
tionibus planè convincebatur,
poſt exactum in lite inſtituend
pitali judicio condemnatur.
porrò Hiſtoricus, dum plauſ
gi traducitur, illudentem The
ſcanis, cujus cura, mollire fer
obſtinati. Lucilius ferocitate
in patibulum trahitur, M
adſpernatus, objectam Cr
Chriſtoque illudit in hac ea
in extremis præ timore
ego imperterritus morior.
perterritum ſe dixit ſceleſtus
dimus dejectum animo, Philo
mè, cujus ſe mentiebatur Pr
illi in extremis adſpectus fero
inquieta mens, anxium quo
batur; & quamquam Ph
mori ſe clamabat ideridem, ſin
nemo negaverit. Antequam r
agnis, inſius ſacrilegam lingu
mittere, negat, neque exerit, ni
adprehenſam Carnifex ferro a
alias vociferatio horridior, d
ictum bovem. Reliqua abſum
rem ſparſi cineres. Hic Lucil

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [252] - 248
PUBLIC DOMAIN

est creator omnium. *Hæc Lucilius in ostentationem doctrinæ, aut metu magis, quàm ex Conscientiâ. At enim quia probationibus planè convincebatur, solenni placito post exactum in lite instituendâ semestre capitali judicio condemnatur. Vidi ego,* scribit porrò Historicus, *dum plaustro per ora vulgi traducitur, illudentem Theologo à Franciscanis, cujus cura, mollire ferocitatem animi obstinati.* Lucilius *ferocitate contumax, dum in patibulum trahitur, Monachi solatium adspernatus, objectam Crucem aversatur, Christoque illudit in hæc eadem verba:* Illi in extremis præ timore imbellis sudor, ego imperterritus morior. *Falsò sanè imperterritum se dixit scelestus homo, quem vidimus dejectum animo, Philosophiâ uti pessimè, cujus se mentiebatur Professorem. Erat illi in extremis adspectus ferox & horridus, inquieta mens, anxium quodcunque loquebatur; & quanquam* Philosophice *mori se clamabat idẽtidem, finiisse ut brutum nemo negaverit. Antequam rogo subderetur ignis, jussus sacrilegam linguam cultro submittere, negat, neque exerit, nisi forcipum vi; adprehensam Carnifex ferro abscindit. Non aliàs vociferatio horridior, diceres mugire ictum bovem. Reliqua absumsit ignis, in aerem sparsi cineres. Hic Lucilii Vanini finis,*

cui quanta fuerit constantia, probat belluinus in morte clamor. Vidi ego in custodiâ, vidi in patibulo, videram ante, quàm subiret vincula. Flagitiosus in libertate, & voluptatum sectator avidus; in carcere Catholicus, in extremis omni Philosophiæ præsidio destitutus amens moritur. Vivens arcana naturæ sectabatur. Medicumq; sapiebat magis, quam Theologum, quanquam pro Theologo audiri amabat. Capta cum ipso supellex omnis, inventusq; inclusus Vase crystallino immanis inter aquas Bufo. Objicientibus veneficium respondit, ex vivo Bufone, postquam ad ignem liquatus fuerit, malo remedium esse aliàs lethali. In carcere Sacramentis frequenter utebatur, dissimulans astutè Conscientiam. Ubi videt ereptam spem vitæ, larvam exuit, qualisque vixerat moritur. Prolixius hæc ex Authore celebri adducere placuit, quia memorabilem exhibent Atheistæ satis crassi in Vitâ & morte descriptionem, qualem vix ullibi in hujus Seculi Historicis invenire datur, in quo omnia verè collectim occurrunt, quæ aliàs divisim apud plures. Paulò ante laudatus Musei structor breviter hæc & quasi in compendio exhibet, ita de eo scribens: *Julius Cæsar Vaninus, dictus vulgo Lucilius, impiissimus Atheus, qui licet Divinam Providetiam velut in Amphitheatro*

l. cit. pag 262.

tro se exhibere innuat, & Magiam suam esse divinam, Physicam suam christianam & Astrologiam profiteatur Catholicam, ac se agere contra veteres Philosophos, Atheos, Epicuræos, Peripateticos, Stoicos; Ejus tamen liber potius est contra Theologos Scholasticos, quam contra Atheos, ut etiam alio opere Atheismum *docet, Inscriptionis larvâ dissimulatum, quem vivâ quoque voce professus est sub specie omnia examinantis.* Mihi hactenus non licuit esse tam felici, vel potius infelici, ut ullum ex Scriptis Athei hujus è longinquo saltem adspicere, nedùm manibus tractare vel oculis propius admovere potuerim; Ea tamen & Tu & *Voetius* ex iis hic & ibi propinatis, ut ex ungue Leonem, omnia nimirum, optimè etiam fundata & locata prosternentem, facilè sit agnoscere. De Amphitheatro ejus *Casp. Barlæum* ita judicasse nuper legi: *Librum istum per otium à capitè ad calcem perlegi, idque eò avidius, quod magnum aliquid polliceri videretur inscriptio* Amphitheatri divino-Magici, Christiano-Physici, & Astrologo-Catholici. *Quàm hæc sunt sesquipedalia & veluti torno elaborata nomina. Indè Authoris nomen, qui* Julium Cæsarem *adpellatione refert, expectatione magnâ animum meum erexit. Rem quod attinet, ista judico, illum*

Epist. Tō. I. num. 162. pag. 364.

illum felicius cordatiusq; philosophari, quàm res sacras adserere. Probanda sibi sumit religionis πεφάλαια, sed non iis semper argumentis, quibus ea fulciri fas est. Frigida probatio tacitæ improbationi vicinior est. Hoc etiam agit, ut paradoxa subinde adstruat, sed additâ salutari clausulâ, nisi Ecclesia Romana secus statuat. *Hanc toties adgerit, tamque sollicitè, ut suopte judicio videri possit heterodoxa adstruere. Meticulosæ limitationes illæ & cautelæ animi signa sunt sibi malè conscii & subdolè prævaricantis. Turpiter passim adulatur Lojolitis, quos veneratur, non quod diligat, sed timeat. Nec deest tamen, quod in Scriptore isto probem, dictionis perspicuitatem, orationis facilitatem, & rerum philosophicarum peritiam non vulgarem.* Ego, quamvis non desit in censurâ hâc quod possit censuræ subjici, ab eo tamen abstineo, quia, ut dixi, invisum mihi hactenus hoc Vanini cũ cæteris ejus operibus Theatrum. Ad cæteros me verto Italos de Atheismo suspectos, nominatim *Angelum Politianum*, quem tu quoque in Scrutinio causarum iis accenses, qui de contemtu S. Scripturæ communiter accusari solent, sed illustri Apologiâ excusatum studio *Casparis Barthii*, ita post insignem DEI commendationem prolixasque contra non unius generis accusatio-

tionem vindicias de eo scribentis: *Illud vellem summos Viros*, Julium Cæsarem Scaligerum *in Poematis* & Philippum Melanthonem *de obitu & impietate* Politiani *tam inclementer non censuisse. Et Scaligeri quidem versus ideò morari nos magnopere non debet, quod fundamentum sententiæ in Jovio habet. Melāthon autem, qui* Angelum *nostrum non nisi semel S. Codicem legisse atque dixisse*, nullum se temp⁹ unquam pejus collocasse, *memorat, ut &* Ludovic⁹ Vives, *& ex eo* Philippus Mornæus, *qui ἀθεότητα manifestam eidem impingunt, nec ullo teste idoneo confirmant, quid dicunt, & eo ipso satis liquidò confutantur, quod ipsemet Politianus de se scribit*, sese quadrigesimali tempore populo publicè Sacras enarrasse literas, *quod ab eo confictum, in ore totius Italiæ tum vivente, nequaquam credibile est.* Quæ verba dum cum pluribus aliis ad Elogium *Politiani* pertinentibus in *illustrium Virorum Elogiis* exscripsit & sua fecit *Boxhornius*, magnum non ita pridem inter literatos nomen, plures sine dubio ex ordine eorum sibi habuit consentientes. De *Hermolao Barbaro*, præter id quod citatus à te *Monlorius* & ex eo *Voetius* habent, nihil jam occurrit, quod aliquam de ejus Atheismo facere possit suspicionem. Quam autem pro *Cæsare Cremonino* adversus

Adversus lib. 47. cap. 5.

sus *Imperialem* scripsisse significas *Paganinum Gaudentium* tractatu singulari Apologiam, illustrari posse magis puto per ea, quibus *Gabriel Naudæus* laudes ejus tanquã Præceptoris insigniter est prosecutus, ita antehàc ad Medicum quendam Parisiensem scribens: *Hæc est ipsius celebritas, tantaque ipsius doctrinæ authoritas & nominis amplitudo, ut ipse solus in Scholis Philosophiæ dominetur, & velut amnis monte decurrens non tantùm auditorum suorum mentem & oculos ad se rapiat, sed etiam Nobilium & Senatorum omnium, apud quos tanti fit & æstimatur venerabilis istius Senis prudentia, ut non alterius judicio stare soleant in multis contentionibus, quæ sunt inter ipsos nimis quã frequentes & periculosæ; neque aliter audiat apud reliquos omnes, quàm Patavinæ Civitatis & totius Italiæ lumen maximũ, scholasticorum pater, Gallorum præcipuè fautor, & Aristotelicæ doctrinæ veræ germanæq; propugnator ita tenax & acerrimus, ut videar mihi perpetuò hisce oculis intueri & audire de Cathedrâ docentem redivivum quendam in terris* Pomponatium, *adeó secure & intrepidè Aristotelis mentem aperit, docet, inculcat, tuetur & defendit.* Videtur autem Naudæus eo ipso Cremoninũ non ab omni labe Atheismi liberum pronuntiasse, dum Pom-

Epist. num 6. p. 27. & 28.

Pomponatio eum comparavi
de Atheismo ob negatam A
talitatem fuisse suspectum ig
tuit Vir etsi non omni at mu
& ad minimũ hujus rei nor
ipse in recensione librorum
phi, Philosophi sub initiu
dentis celeberrimi, quan
Politicis & moralibus à se
ctim editis præfixit, fueri
stinum pro animæ iñorta
ponatium scripsisse, eus
finem judicii de eodem
mentionem. Memora
Gratarolum, Medicum i
Apologiâ pro Pomponat
specie accusationem resp
mente Aristotelis negasse
Animæ; quod, id Voetius ac
aliis Philosophis ac Theologis
commune fuit, nimirum Plu
Aphrodisæo, Justino Marty
Origene, Nysseno, Nazianz
sic non debet hic fraudi esse ni
illum sub hoc schemate tuto
Atheismum spargere in ani
voluisse. Addit porrò Voeti
dictis, scriptis, factis ejus cer
monstratio, utique in bem

Pomponatio eum comparavit, utpote quem de Atheismo ob negatam Animæ immortalitatem fuisse suspectum ignorare vix potuit Vir etsi non omni at multi-tamen scius, & ad minimũ hujus rei non ignarus, cùm ipse in recensione librorum *Augustini Niphi*, Philosophi sub initium seculi antecedentis celeberrimi, quam opusculis ejus Politicis & moralibus à se iteratò & collectim editis præfixit, fuerit testatus, *Augustinum* pro animæ imortalitate contra *Pomponatium* scripsisse, eusdem quoque circa finem judicii de eodem præmissi faciens mentionem. Memorat quidem Voetius, *Gratarolum*, Medicum itidem Italum, in Apologiâ pro *Pomponatio*, contra hanc in specie accusationem respondere, *eum ex mente* Aristotelis *negasse immortalitatem Animæ; quod*, id Voetius addidit, *ut illi cum aliis Philosophis ac Theologis ita judicantibus commune fuit, nimirum* Plutarcho, Galeno, Aphrodisæo, Justino Martyre, Theodoreto, Origene, Nysseno, Nazianzeno, Cajetano; *sic non debet hic fraudi esse, nisi probari posset, illum sub hoc schemate tutò & subdolè hunc Atheismum spargere in animos auditorum voluisse.* Addit porrò Voetius: *Nisi aliâ ex dictis, scriptis, factis ejus certior suppetat demonstratio, utique in benigniorem partem, imò*

l. cit. pag. 198.

imò in optimam accipienda sunt illa, quæ pro modulo & conditione suâ de fato, Providentiâ DEI & Prædestinatione conscripsit; in quibus si non rei dignitati & solidis Theologis per omnia satisfaciat, saltem hæc præstat, ne nigra Atheismi nota illi tam peremtoriè inuratur. Nolo & hic meum interponere judicium, utut justo mitius hic judicasse videatur *Voetius*; sed quia in sequentibus statim meminit Tractatus alicujus *Pomponatiani* de Incantationibus, de quo differi non potuit, *quod placitis Avicennæ & Averrois nimis adhærescens in supernaturalibus quibusdam satis miserè fluctuet*, non impertinenter huc adducetur, quid alii Scriptores de eo censuerint, nominatim *Antonius Mirandula*, celebris itidem Philosophus, cujus ex *Delrio* Disquisitionibus Magicis sequentia adducit verba *Gaddius* in de Scriptoribus non Ecclesiasticis: Pomponatium *hoc opere se nec Philosophum bonum, nec, quod fœdius, bonum* Tom. II. pag. 154. *exhibuisse christianum, cùm effectus omnes mirificos Cœlorum influxionibus adscribat, adeò, ut velit & religiones & Leges earum q3 latores ab iis dependere, quod prorsus impium.* Gaddius de suo addit: *Ut emendatores Antverpienses, uti par erat, emendârunt, noxia manent multa, & quæ Authoris fidem satis contestantur, nocereque legentibus possunt;*

sunt; undè & ab Inquisitoribus
optimo liber ille inter vetito
tetus, de quo tu ex Lipsio, et
manus, ad Italos tamen pr
net, sed Gallos, patriâ nimi
sit Aquitanus, de cujus an
cureismo intelligi debean
cus Erythræus, aliàs, Joha
scius, in primâ illustrium
cothecâ refert, alii videa
inter cætera: Tanto vir i
diâ Tholosæ criminis, cu
tus (injuriâ dicitur) para
cium evasit. Nam fugâ s
periculo Venetias evolav
dem criminis suspicionem
nisset, literis ad Dionysium
tis eam à se propulsare est
illud ei Tholosanum incend
laverat, sive verum, sive
vit Josephus Scaliger, cui
atque Epigramma recens
vetere obtruserat, hoc dist

Qui flammas tigidæ vita
losæ,

Muretus, fumos vendidi
Sed crimen illud, ita p
scius, illudque, quod in Gall

R

sunt; undè & ab Inquisitoribus Romanis jure optimo liber ille inter vetitos refertur. Muretus, de quo tu ex Lipsio, etsi Civis fuit Romanus, ad Italos tamen propriè non pertinet, sed Gallos, patriâ nimirum *Lemovicensis Aquitanus*, de cujus an impietate & Epicureismo intelligi debeant, quæ *Janus Nicius Erythræus*, aliàs, *Johannes Victorius Roscius*, in primâ illustrium Imaginum Pinacothecâ refert, alii videant. Ille hæc de eo *num. V. pag. 2.* inter cætera: *Tanto vir ingenio atque facundiâ Tholosæ criminis, cujus fuerat insimulatus* (injuriâ dicitur) *paratum fere sibi supplicium evasit. Nam fugâ sibi consulens ex illo periculo Venetias evolavit, ubi cùm in ejusdem criminis suspicionem post aliquanto venisset, literis ad* Dionysium Lambinum *datis eam à se propulsare est conatus. Verùm illud ei Tholosanum incendium, ex quo evolaverat, sive verum, sive fictum, exprobravit* Josephus Scaliger, *cui ille verba dederat, atque Epigramma recens à se compositum pro vetere obtruserat, hoc disticho:*

Qui flammas rigidæ vitaverat ante Tholosæ,
Muretus, fumos vendidit ille mihi.

Sed crimen illud, ita porrò scribit Roscius, *illudque, quod in Galliâ hominem occi-*

derit, & interdum vino ad Ebrietatem se onerârit, si vera forent, posset aliquis excusatione juventutis defendere. Utrum rectè judicent, quorum est de circumstantiis actionum humanarum, vel laudabiliũ, ex Theologiâ verè morali & ad Legis divinæ dictamen accuratius, quam communiter fieri solet, sententiam dicere. Inter cæteros autem, quos ex hâc gente ad non unius mentem in censum Atheorum refert *Voetius*, hic quoque ob nominis sui inter Eruditos gloriam non omninò prætermittendus videtur *Cardanus*, de quo non una eademque est Authorum opinio. Ego præter ea, quæ *Voetius* & laudatus paulò ante *Gaddius* ex variis Scriptoribus de Eo collegerunt judicia, recentioris cujusdam contra eum censuras huc ponam, multa exhibentes singularia. Est is *Franciscus Sanchez*, qui de Divinatione per somnium ad Aristotelem hæc habet: Cardanus *nostri Seculi & Philosophus & Medicus est doctissimus, simul etiam sæpè omnino irrationalis, & deliro potius, quàm Sapienti similis. In eum meritò videtur scripsisse* Cicero: *Nescio quomodo Philosophi isti superstitiosi & penè fanatici quidvis malle videntur, quàm se non ineptos? Erat inconstans, vagus, incertus, quique plurimum habebat inconditæ Scientiæ, plus opinio-*

pag. m. 193. & seqq.

lib. 2. de Divin.

nionis de se parumq; prudentiæ. Sed miseranda in eo potiꝰ humana cõditio, quàm accusanda. In sequentibus eum ita adfatur: *Subtilis es Naturæ inquisitor rationumq; inventor, sed adeò in altum eveheris, ut veluti Navis vacua absque pyxide & Magnete aut gubernaculo hinc inde discurrens, nunquam, quantumvis velociter feratur, portum consequitur, nec ab aliis adprehendi potest; sic nec Tu absque rationis pondere & radio Veritatem, nec nos te adsequi valemus. Omnia ad libitum fingis, & vis nobis persuadere fanda, infanda, futilia, ridicula, contraria, impossibilia, inintelligibilia, monstra, ubiq; inconstans & alter Protheus. Trahit te gloriæ cupiditas in absurda, ne aliquid ignorasse videaris, & non naturam ingenio superasse.* Nullibi quidem expressè Atheismum aut aliquam ejus suspicionem *Cardano* impingit gravissimæ hujus invectivæ & accusationis scriptor satis rigorosus, ea tamen Lectori attento consideranda proponit, quæ non adeò procul à via ad *Atheismum* videri possunt remota, præprimis si proprium ejusdem de spiritu suo familiari confessio, ex ejus de Vitâ suâ libro à *Gabriele Naudæo* ante aliquot annos edito, à *Thomâ Bangio* in Cœlo Orientis exhibita accedat, ejus mentem ad tenorem verborum ita explicanda. ibid. pag. 257.

Exerc. 1. Quæst. 5. Adsert. 3. pag. 61.

cante: *Hujus revelationi universam rerum, quæ à concretione corporis liberæ sunt, cognitionem suam adscribit, & amplificandi facultatem ac splendorem, quem habuit* (aut habere se putavit, *hujus Dæmonis adflatui familiari se debere fatetur; huic illuminatæ mentis splendorem, artem libros conscribendi & extemporalem profitendi facultatem ceu Auctori attribuit; tandem Voluptatem haud vulgarem & solatium in rebus adversis ex his scriptis, quæ talis Spiritus & auxit & illuminavit, se percepisse impendiò lætatur. Optandum foret,* addit post latam de hâc Confessione censuram Bangius, *ut Cardanus hoc spiritu tenebrarum familiariter usus longè ab illis tenebris abesset.* Nescio, an Petrum quoque Bembum ex eâ natione, circa cujus Atheismum hactenus occupati sumus, adductis jam adhuc liceat adnumerare, id quod à Te etiam in Scrutinio causarum Scripturæ Sacræ contemtum allegante factum est; nisi quod omne dubium tollere videtur, cujus præter alios plures à

contra Italiam, pag. m. 782 & 783.

Thomâ Lansio in Consultatione insimulatur, *quod omnes Pauli Epistolas palàm condemnaverit, easdemque deflexo in contumeliã vocabulo* Epistolauias *ausus sit adpellare, cùm nimirum Amico author esset, ne illas attingeret, vel si cœpisset legere, de manibus abji-*

ficeret, si elegantiam scri
tiam adamaret. Restat Ca
Vossius: Hoc quidem re
probare, naturalem esse se
naturalem cultum aliqu
tiam rationem, & religio
cum eâ pugnare nusquam
en satis feliciter oppugnet
re & rationi tantum trib
accersat & demonstret T
turalem, & dum spre
Philosophorum axiomat
tis in Christianismo &
tosophandi methodis sub
uti gloriatur, ἐνέργεια, v
pe ipsius adfirmatione no
Stoicorum & Paracelsist
vis terminis & acurologiu
niis loco compendii tanto p
fusionis adferant, quæ si
tur, comperiemus, ea nih
randi præ tam diu tritis a
tum dictatis adferre, id
per aliquot capita ex A
Vocat triumphato ostendi
cidenter non possum, qu
quid mihi non ita pridem
nit nuper ad manus meas
na cujusdam in vicinia h
gatis, in quo inter evolven

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [264] - 260
PUBLIC DOMAIN

abjiceret, si elegantiam scribendi & eloquentiam adamaret. Restat Campanella, de quo Voetius: *Hoc quidem rectè, quod intendit probare, naturalem esse sensum Numinis & naturalem cultum aliquem secundum rectam rationem, & religionem Christianam cum eâ pugnare nusquam; sed cogitandum, an satis feliciter oppugnet atheos, dum naturæ & rationi tantum tribuit, ut ex eâ quasi accersat & demonstret Theologiam supernaturalem, & dum spretis Theologorum ac Philosophorum axiomatis & omnibus receptis in Christianismo & apud Theologos philosophandi methodis substituit sua quædam,* uti gloriatur, *εὑρήματα, vel minus solida, quippe ipsius adfirmatione non raro subnixa, vel Stoicorum & Paracelsistarum in morem novis terminis & acurologiis involuta, ut ingeniis loco compendii tanto plus molestiæ & confusionis adferant, quæ si penitius inspiciantur, comperiemus, ea nihil solidi aut admirandi præ tam diu tritis ac probatis Sapientum dictatis adferre,* id quod in specie per aliquot capita ex Atheismo, quem vocat triumphato ostendit, de quo libro incidenter non possum, quin hic indicem, quid mihi non ita pridem contigerit. Venit nuper ad manus meas Catalogus officinæ cujusdam in viciniâ librariæ non vulgaris, in quo inter evolvendum hic quoque L. cit. p. 201.

liber occurrit sub titulo *Atheismi triumphantis*. Ego nihil minus quàm de errato Scriptoris cogitans, existimavi, esse forsitan scriptum *Campanellæ* oppositum & ad stabiliendum Atheismi errores, vel ad ostendendum, per methodum ejus parum Atheismo noceri, quin potius multum promoveri, compositum. Sed falsum me fuisse, ipsâ postmodum libri inspectio demonstravit; lectio autem, quamvis cursoria saltem, in eo confirmavit, nō adeò erraturum, qui libro huic gloriam *Atheismi triumphātis* adscriberet, cùm præter id, quod *Voetius* non sine causâ notavit, locum ferè hic habere posset, quod paulò ante, Barlæū de Amphitheatro *Vanini* judicasse observatū fuit, cum additâ *Grotii* notâ de Campanellæ ad *Atheismum* propinquitate itidem jam adductâ. Et fortè Inquisitoribus Romanis ob eundem suspectus fuit, eâque de causâ in tam tristi carcere per tot annos Romæ detentus, quamvis in Imagine ejus delineandâ citatus proximè *Erythræus* alias exhibeat, narrans, *Eum Neapoli contra Senem quendam Franciscanum victoriosè & cum auditorum adplausu disputantem, apud Quæsitores Fidei accusatum fuisse, quod tantam doctrinæ vim, cujus ne literam quidem didicisset, ex Inferorum fontibus hausta ebibisset; deindè Neapoli perduellionis reum esse factum, quod Regnum illud*

l. cit. nū. 21. pag. 42.

illud hostibus prodere conatus fuisset, cujus criminis suspicione in carcerem conjectus, quinque & viginti in eo annos omnibus miserius confectus exegerit & ultimum vitæ discrimen adierit, &c. Fides sit penes Historicum, quam ei ea inter ex defectu penitioris notitiæ deberi justum est & æquum, præsertim cùm ipse *Campanella* in alterâ Atheismi, ut gloriatur, triumphati Editione, Galliarum Regi *Ludovico* XIII. inscriptâ, priori Romanâ ad Divum Petrum eunte, *ereptum se de Synagogâ Potentium gratisq; persequentium, & de Abaddonis virtutum exterminatoris manu per immensa, diuturna, atrocissima pericula divinitus servatum* testatus sit, atque non solùm Privilegio dicti Regis munitus, sed & per ordinis sui adprobationem tanquam *ingentem erga S. Ecclesiam Catholicam Romanam, Fidemq; orthodoxam, zelum obedientiamq; ostendens* commendatus, inprimis autem à *Naudæo* post obitum illustri ornatus Elogio, qui ad *Fortunium Licetum* inter alia hæc in laudem ejus scripsit, quod *Mens propè divina admirabiliter se injecerit ac intenderit in immensum, difficilia quæque pervaserit, & rerum Scientiarumque omnium secreta, æterna denique meditatus sit & concupiverit, ut eâ de causâ non in rebus finitis, sed in infinito, quod in ipsum est Numen divinum, conquiescere* tan-

in Epist. num. 81. pag. 625.

tantummodo potuerit; de ejus innocentiâ hæc insuper post aliqua addens, quod *æmulorum calumnias acerbiores nullibi gentium, quam hic* (Romæ) *ubi minimè conveniebat, expertus fuerit*. Ego hic iterùm ne syllabam interpono, judicium Lectori liberum per omnia relinquens. Quamvis verò adhuc alii ex Italiâ nominari possent, qui uno fortè & altero doctrinæ, quam profitebantur, capite suspecti de *Atheismo* videri possent, nolo tamen innominatos hic nominare, aut numerum Atheistarum alias satis prolixum augere; ad Gallos tecum faciens progressum, de quibus Somniator non insipiens *Firmianus*, ipse Gallus, adeoque fide dignior, hæc inter alia huc pertinentia habet: *Naturale est Gallis, sæpè mutari. Quem ad modum enim apud illos toto anno tempestates adeò instabiles sunt, ut nunquam vel æqualiter ferveat æstas, vel rigeat hyems; & vicissitudinibus continuis, nunc immodici imbres mergant terras, nunc haud expectata siccitas in arenæ modum solvat; ità unius habitûs impatientissimi sunt Galli ut plurimum, sua nempe Elementa, suas sequuntur stellas, nec diu pii sunt, nec impii, nisi supra naturæ genium, aut illos omninò firmaverit Gratia, aut corruperit pravitas.* Addantur & antecedentia & consequen-

sequentia, quibus compar
inter Gallorum & Italor
tius impietatem instituit
debitur, si in Galliâ inve
proximè ad *Atheismum*
adhuc id patebit, si, q
Gallicarũ Scriptor *Ben*
vis non Gallus, à Gallor
in curiosissimis *Ephem*
notatus, sed singulari p
ctori commendatus, c
bus & genio in literis n
mus, sequentia exhibe
ingeniis Gentis nihil fere
mittat immortalitatem
lia sit una totius orbis T
ma, & ferax tot commo
in hoc uno. Spiritus ad s
tias nati, extemporanee
quam fortè leporis imagi
vagari per suas Academ
lam sine fine concinnare
lato gloriari, hàc & illàc
sitare, non gaudere otio se
nicum studiorum coagulu
latione decertare, undè ir
risa improbitas. Ophiogen
nena tantùm sugunt libror
ultimum Lector & vide, a

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [268] - 264
PUBLIC DOMAIN

sequentia, quibus comparationem aliquam inter Gallorum & Italorum pietatem, potius impietatem instituit, & mirum non videbitur, si in Galliâ inveniantur, qui quamproximè ad *Atheismum* accedant. Magis adhuc id patebit, si, quæ nuperus rerum Gallicarũ Scriptor *Benjamin Priolus*, quamvis non Gallus, à Gallorum eruditis tamen in curiosissimis *Ephemeridibus* ob id non notatus, sed singulari potius Encomio Lectori commendatus, de Gallorum moribus & genio in literis notavit, observaverimus, sequentia exhibens: *Notatum hoc-ab ingeniis Gentis nihil ferè profectum, quod promittat immortalitatem, cùm alioquin Gallia sit una totius orbis Provincia celeberrima, & ferax tot commodorum; sterilescere in hoc uno. Spiritus ad subitos jocos & facetias nati, extemporanea garrulitas ad aliquam fortè leporis imaginem; mensas sectari, vagari per suas Academias, suam Vernaculam sine fine concinnare & Idiomate interpolato gloriari, hàc & illàc garriendi causâ cursitare, non gaudere otio secreto, quod est unicum studiorum coagulum. Savissimâ æmulatione decertare, undè livor deformis & derisa improbitas. Ophiogenes & Psylli, qui venena tantùm fugunt librorum.* Observa hoc ultimum Lector & vide, annon hâc ratio- lib. 2. p. m. 57. & 58.

ne Gallis facillima sit ad *Atheismum* via? Inter Scriptores autem hujus generis, Galliam agnoscentes Patriam, tu cum Voetio refers *Gaffarellum*, inauditarum, ut ipse de se in libri titulo gloriatur, curiositatum authorem, & *Rablæsium*, scripti, cujus itidem nomen antehàc inauditum, editorem. Illius etiam nuper meminit *Arnoldus* in suo ad *Ursini* de Antiquitate Mosaicâ exercitationes *Spicilegio*, ubi de Teraphim & Teletismatis egit, de quibus etiam nos supra, ut ut perpaucis. De hoc præter citatum à te *Putherbæi* testimonium, quod *Voetius* etiam in Paralipomenis exhibet, ex *Thuano* sequentia refert in consultatione suâ *Lansius*: Erāciscus Rablæsius *literis Græcis Latinisq; instructissimus, & Medicinæ, quam profitebatur, peritissimus cùm esset, postremò tamen omni serio studio omisso, se totum vitæ soluta ac gulæ mancipavit, & ridendi artem, homini, sicut ipse ajebat, propriam amplexus, Democriticâ libertate & scurrili interdum dicacitate Scriptum ingeniosissimum fecit, quo vitam regnique cunctos ordines quasi in sce, nam sub fictis nominibus produxit & populo derridendos propinavit.* Equidem scribendi genus satyricum, si intra moderationis debitæ terminos maneat, cordatis etiam non usque adeò solet esse invisum aut honesto homi-

ad Sect. VI. p. 57.

contra Galliam p. m. 324.

homine pietatisque ſtudioſo indignum. Quia enim res, in Aulis præſertim, eo ut plurimum in ſtatu verſantur, ut vix iis locus aliquis ſuper-ſit, quibus vitia non privata ſed publica publicè etiam arguere ex officii incumbit ratione; ne omnium animos ea occupare in tantâ peccandi libertate & licentiâ poſſint, ut fieri plerumque ſolet, non abs re, quin imò neceſſarium eſſe videtur, ſtylo mordaci & pungente huic malo occurrere, ut qui omnia pro lubitu & libidine agentes liberam ſeveri Correctoris linguâ ferre & audire nolunt, ſeveram ſuorum malè geſtorum cenſuram legere, & ut à pluribus etiam legatur, permittere cogantur. Egit id ſingulari cum judicio *Firmianus*, qui ſeculi hujus apud Gallos genium *Gyges* oculatiſſimus ita accuratè perſpexit & cæteris orbis Europæi nationibus exhibuit, ut quæcunque ſomno ſibi obveniſſe multâ cũ obſervatione eruditiſſimèque finxit, mera Sapientiſſimorum & plurimâ experientiâ doctorum ſomnia jure dicantur. Si idem hoc modo egiſſet Scriptor *Pantagruelicus*, honeſtè ridendo verũ dicens, laudem impetraſſet, non illud vituperium, quod indè meruit, dum non humanâ ſolùm ſed & divina quævis ludibrio habuit omnemq; metum & ſenſum divinæ mentis à ſuo procul

eſſe

esse animo multis ostendit documentis, dignissimus, cujus nomen memoriâ omnium piæ honestatis & honestæ pietatis amâtium perpetuò excidat. Duobus hisce Scriptoribus Gallis viam ad Atheismum sternentibus, miror, cur non addideris *Bodinũ*, hominem jure suo Atheis omninò accensendum, Non hic allegabo, quæ prolixissimè contra eum dixit celebris Orator hujus seculi *Lansius*, multa ei exprobrans, quæ Scriptorem christianum nullo planè modo decent; neque exscribam huc, quorum *Possevinus* in apparatu ad historiam per aliquot capita ex Methodo historiæ eum fecit reum, inter quæ occurrunt aliqua non subtiliter & occultè, sed apertè satis & nimis crassè ad Atheismum ducentia, in specie, *quod DEum facit mali & interitûs causam, quamvis καθ' συμβεβηκὸς*, id est, *per accidens*, idque ideò, *cum aut scelerati aut boni viri curam omittit*, quo DEI de hominibus providentiam non tantum in dubium vocavit, sed planè negavit; prætereà, *quod temporibus impietatis*, hoc est, dũ Pagani Imperatores viverent, *gloriam tribuit religionis*; porrò etiam, *quod inter falsas religiones, quæ regna atq; imperia everterunt, christianam quoque audaci blasphemiâ numerat*, & quæ alia, non tamen ejusdem omnia generis, ei obji-

l. cit. pag. 301. seqq.

Sect. 1. cap. 9. p. 12. & seq.

objicit *Posevinus*, ibi amplius legenda, quorum pleraque ad Atheismum pseudo-Politicum pertinere videntur, quem illi etiam non obscurè impegit *Famianus Strada*, cum infamiâ non ita pridem à *Gaspare Scioppio*, & hoc non usque adeò laudabilis apud omnes famæ, traductus, inter eos Regnorum Magistros eum referens, *qui, dum æquore & toque posthabito omnia parandæ dominationi honesta putant, à DEO deserti, quem deserunt, non rarò consilius ipsi suis, fallente successu, capiuntur.* Illud forsitàn non incommodè huc refertur, quod post multa de eo in utramque partem disputata *Conringius* in de Civili Prudentiâ ex *Thuano* memorat, eum *de Henoticorum in Galliâ* suo tempore *motuum clausulâ, admirando præsagio, Annum & Mensem, quo Pax, cùm minus putabatur, coitura esset, prædixisse, eventu indicium comprobante*; de suo addens, *vereor, ne non tam civilium rerum prudentiæ, quàm illi, cujus Bodinum jam sua* Dæmonomania *suspectum haud immeritò fecerat, malæ arti sit tribuendum, cùm præsertim à religioso veri Numinis cultu alienum hominis animum opus impium* Arcanorum *plusquã manifestum reddiderit.* Hujus operis Arcanorum ex *Naudæi* Bibliographiâ meminit etiam nuper in Galliâ Orientali *Colomesius*, hoc

de Bello Belg. Dec. 2. lib. 5. p. m. 247. & 248.

cap. 14. p. 361

pag. 85. hoc verborum tenore: *Diversas inter se religiones commiserunt non sine dispendio veræ Pietatis* Cardanus *in libris suis de Subtilitate, &* Bodinus *composito, sed nondum edito, atque utinam edatur nunquam, de rerum sublimium* Arcanis *ingenti volumine, quod equidem* Possevinum *non perperàm de ipso judicium tulisse, argumento esse potest validissimo certè manifestissimoque.* In margine hæc additur Nota: *Opus hoc Lutetiæ vidi in Musæo clarissimi viri D.* Briot, *descriptum è Codice Mſ. Sereniſſ. Suecorum Reginæ.* Post hæc proximè ex Epistolâ *Hugonis Grotii* ad Cordesium addicitur, *eum,* videlicet Bodinum. *Hebraicorum morum ac sententiarum satis gnarum, non ex interiore Linguæ illius cognitione, sed ex amicitiâ quam coluit cum doctissimis Hebræorum, quæ in illo πλημοφορίαν eam, quæ in christianis requiritur, non parum labefactaverit.* Item ex Epistolâ *Cl. Saravii* ad Isaacum Vossium, esse, qui dicant, *Scriptum illud,* videlicet de Arcanis, *tanquam horribilis carminis visum flammis ultricibus esse datum, certè dandum esse potius, quàm cum quoquam communicandum.* Ferè eo ipso tempore, quo hæc in editâ noviter Galliâ Orientali oculis subjecta vidi, Amicus quidem singulariter dilectus ista ad me Parisiis scripsit: Johannes Bodinus *vir satis*

tis eruditus & superiori ætate Pectore Judæorum hæresin tatem fovit, & librum versus omnia christianæ ta secretè concepit. Præ Beneficia, quæ in me con lanus, etiam hoc ei debeo evolvere, & exindè qua editur; quæ cùm tu ali bus, ita me Fides, ad hor ipso Sathanâ suggestas. in cute satis crassum, & maticam nominis inv thæ Anglorum Regina verè audit Andius sine non sinè causâ addi po quem tu post Voetium Papistæ, Sutlivio Athe esse monuisti, ut Bezæ um censuras satis rigi Addis, fanaticâ & ver tem satis arguere stolid quorum & editorum satis prolixam syllabur dius in de Scriptoribus qui de Authoris animo luculentum ferre potest nere videtur præ cæteris orbis terræ concordiâ in

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [274] - 270
PUBLIC DOMAIN

tis eruditus & superiori ævo clarissimus, clam pectore Judæorum hæresin, vel potius impietatem fovit, & librum virulentissimum adversus omnia christianæ religionis fundamenta secretè concepit. Præter alia immortalia Beneficia, quæ in me contulit illustris Capellanus, *etiam hoc ei debeo, quod scriptum illud evolvere, & exindè quædam excerpere conceditur; quæ cùm tu aliquando leges, stupebis, ita me Fides, ad horribiles blasphemias ab ipso Sathanâ suggestas.* En Atheum intus & in cute satis crassum, & qui juxta anagrammaticam nominis inversionem ex *Elisabethæ* Anglorum Reginæ aliorumque judicio verè audit *Andius sine bono.* Comes huic non sinè causâ addi posse videtur *Postellus*, quem tu post Voetium ab Authore Turco-Papismi, *Sutlivio* Atheum expressè dictum esse monuisti, ut *Bezæ & Scaligeri* contra eum censuras satis rigorosæ non adjiciam. Addis, fanaticâ & vertiginosam ejus mentem satis arguere stolidos librorum titulos, quorum & editorum & adhuc ineditorum satis prolixam syllabum quoque texit *Gaddius* in de Scriptoribus non Ecclesiasticis, qui de Authoris animo ubique vagabundo luculentum ferre potest testimonium. Emi- *Tom. II. pag. 258. & seqq.*
nere videtur præ cæteris omnibus, quod de orbis terræ concordiâ inscripsit opus, in quo distin-

distinctos quatuor libros distinxit, de quo *Scheurlæus*, Professor antehàc Helmstadiensis sub initium Theologiæ Naturalis ita censuit: *Ut facilè concedimus, ex optimâ intentione laborem hunc ab Authore susceptum esse, nec pauca adeò in argumento tam arduo simùl ac elegante contineri, quæ lectu sint cognituque dignissima; ita non possumus non fateri, esse etiam in eodem, quæ si Lectorem minus cautum inveniant, magnorum errorum ansam facillimè queant præbere. Nimis enim temerè interdum in Articulos fidei eorumq; rationes inquirit, quas dari tamen ab homine non posse, & Scripturæ S. testimonis, & experientiâ ipsâ quorumcunque mortalium, etiam doctissimorum comprobatur.* Durius de eo judicavit *Lindanus*, cujus verba ex Panopliâ *Colomesius* in Galliâ Orientali adduxit sequentia: *Est, qui omnes omnium non modò hæreticorum, sed & Judæorum, atque Turcarum adeò, ne dicam* Atheorum, *conciliaturus cum christianâ veritate opiniones, sex semper scribit credita fuisse Sacramenta, licet alicubi septem. Sic enim est in libello, cui ab omnium monstrorum conciliatione nomen* Panthenosia *fictum est, cujus equidem pluribus ex causis haud futilibus authorem opinor* Postellum, *qui se in frontispicio fingit* Eliam Pandocheum. Multò adhuc durius qui-

Diss. I. num. 28. 8

pag. 63.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [276] - 272
PUBLIC DOMAIN

quidam Monachus Perpinianensis, *Angelus del Pas*, Commentario in Symbolum Romæ antehàc edito, ex quo hæc laudatus citat Colomesius: *Inter hæreticos Postellarii sunt* à Postello ita dicti. *Hic Linguarum prope omnium ad miraculum usque juxta* Lindanum *peritus, næniis Thalmudistarum usus, clavem absconditorum à Seculo scripsit, ubi, quæ nec Apostoli, nec tota posuit Ecclesia, se docturum profitetur, gloriatus, Angelum Raziel varia sibi revelasse mysteria; undè scripsit multa fortè Diabolo dictante, qui se in Angelum Lucis illi transformârat.* Id si sit, cujus fides esto penes Authorem, nihil certè à tentatâ Religionum concordiâ promissâq; Mysteriorum hactenus absconditorum revelatione tandem expectari potuit, quam omnium Religionum Chaos & confusio, ipsissimus videlicet *Atheismus*, cujus profunda alii quoq; non sine numero curiosè rimari sunt conati, quamvis eo ut plurimum eventu, qui cæteros omnes eadem agitantes de subtiliori ratione Religionum Mysteria tractandi consilia meritò absterrere poterant & debebant, ac, proh dolor, tristis hodiè testatur Experientia, multorum animis quibus trita ab antiquis Philosophiæ sacratioris & Theologiæ Doctoribus via de simplicitate suspecta est,

tantâ quævis, optima etiam & securissima
inovandi prurigine occupatis, ut nihil pla-
cere possit, quod non de recenti musto In-
genii, quod sibi ipsis imaginantur, omnium
capacissimi & nihil non facili operâ supe-
rantis, aliquem habeat gustum, cæteris o-
mnibus, quæ per tot secula felicissimè &
maximo cum fructu fuerunt exculta, inso-
lenti & ferè intolerabili fastu explosis;
quo annon ad ipsam Pietatis solidæq; Eru-
ditionis internecionem, atque loco hujus
ad ipsam *Atheismi* inundationem via ape-
riatur latissima, nescio, an quis prudentum
dubitare possit, de quo tamen, quia in Cau-
sarum scrutinio à Te agitur nihil amplius
hic addo, & in Scrutinio Nationum per-
gens, Hispaniam Te duce ingredior, cir-
cumspecturus, num & ibi pestis hæc athei-
stica aliquorum animos occupet, id quod
Authorem Vindiciarum Gallicarum con-
tra Martem Gallicum *Alexandri Patricii*,
seu *Cornelii Jansenii*, Episcopi quondam
Iprensis, testari mones, addens, *latius forsi-
tan grassaturam, hesperiis in oris, quàm in ul-
lâ orbis christiani provinciâ, hanc luem, nisi
Sanctissimum* scilicet, rectius sacerrimum
*Inquisitionis officium, ejus incrementum suf-
flaminaret.* Benè addidisti particulam du-
bitationis indicem, *forsan*; cùm de cætero,
si il-

si illius officii arcana penetrentur, omnia ferè alia, imò contraria planè quis cogitare posset, & fortè deberet. Prodiit ante hoc biennium in lucem publicam *Thomæ del Bene*, Clerici Regularis, Theologiæ Professoris, Examinatoris, & in Romanâ universali *Inquisitione* Qualificatoris, aliarumque in Urbe Congregationum Consultoris, spissum opus *de officio Inquisitionis circa Hæresin*. Multa in eo congessit Author, quæ ad rem pertinere videbantur, in alterâ etiam parte agens *de Blasphemiâ, Superstitione, Idololatriâ, Divinatione tam in communi, quàm particulari; de Magiâ item & maleficio, infidelibus quoque & in specie Judæis, de Schismaticis, Apostatis*, &c. Sed mirum, nihil de Atheis & Atheismo, quo ipso testatum scriptor voluit, circa Atheos & Atheismum hoc inquisitionis Romanæ officium non esse occupatum. Num latius se extendant, qui officio hoc in Hispaniâ fungantur, fateor, me hactenus ex defectu notitiæ recentioris latet. Varia de ea antehàc monuit *Lansius* in contra Hispaniam oratione, quæ tamen ea inter mutationi potuerunt esse obnoxia, rigore Inquisitionis vel aliquatenus remisso vel intenso. Amicus is, de quo paulò ante, ante hoc triennium *Madrito* ad me sequentia scripsit: *Et in his*

locis Amici non desunt, & nimis vanus erat metus, quem ob Inquisitionis diritatem animo conceperam; longè enim hic securius vivas licet, quàm in Italiâ, vel in ipsâ propemodum Galliâ. Equidem sunt, proh dolor! passim Templorum parietes vestiti horribilibus tabellis, qui nomina eorum, in quos ob Religionem animadversum, cum flammis ultricibus ac Dæmonum larvis exhibent, interq; Judæos & Mahumetanos nostri quoque sæpè sæpius recensentur. Sed uti nolim negare, adversus incolas sævire adhuc sine termino modoque illam tyrannidem, ita certum, de peregrinis nullas suscipi curas, sed eos sibi permitti. Iterum vides, optimè Virorum, nullam in specie mentionem fieri Atheorum, de quibus adhuc dubito, an adeò magnum ab illo Inquisitionis officio patiantur impedimentum, si præprimis sua, ut plerique solent, studia sub pallio debitæ erga Ecclesiam obedientiæ occultare didicerunt, id quod à *Lucilio Vanino* factum supra ex *Barlæi* testimonio ostensum fuit. Quæ præterea laudatus modò Orator *Lansius* de Hispanorum religiositate vel potius *irreligiositate* ex variis congessit Authoribus, locum fortè aliquem hic habere possent, nisi *Consultatio* ejus ob iteratas sæpius Editiones in omnium ferè Eruditorum manibus esset. Illud

Illud non præter rem erit hic obſervaſſe, quod inter alia ex *Thuano* refert, Mauriſcorũ quoq; Regem, *Ferdinandum Valorium* intellexiſſe, experientiâ videlicet doctum, *illos tantum veſtimento Religionem, non intimo cordis adfectu æſtimare*, quo ipſo Atheiſticam religionem Velo ſimulatæ in Veſtitu pietatis occultatam ipſis non obſcurè exprobravit. Quid Indi antehàc de Hiſpanorum religione ſenſerint, *Hieronymus Benzo*, Mediolanenſis, per plures annos inter eos verſatus, in deſcriptâ à ſe Novi tum orbis hiſtoriâ, exque Italico Idiomate ab *Urbano Calvezone* in Latinum translata, prolixè docuit, illud in ſpecie præter alia notatu digniſſima memorans: *Sunt Indi, qui immodicam avaritiam noſtram* (id eſt Hiſpanicam) *& furioſam cupiditatem pertæſi, aureum Numiſma aut bracteam in manus capiant & dicant:* En Deum chriſtianorum! *Propter hoc è Caſtellâ in terras noſtras venere, propter hoc nos ſubegerunt, vexarunt, pro mancipiis vendiderunt, & multa in nos nefanda ediderunt; Propter hoc Bella & prælia inter ſe agitant & alii alios mutuò interimunt, propter hoc perpetuò inquieti, alea ludunt, blaſphemant, diris ſe devovent, litigãt, furantur, aliorum uxores rapiunt*, denique *hujus gratiâ nullum ſceleris aut libidinis genus*

pag. m. 360. & 369.

lib. 2. cap. 18. pag. m. 242.

nus prætermittunt. Legantur quoque antecedentia & sequentia, utpote in quibus multa occurrunt irreligiositatis Hispanicæ documenta, iis in locis exhibita, ubi profligato Gentilium Atheismo Vera DEI cognitio & cultus plantari debuit, Apostolis eò missis multum gloriæ in eo labore quærentibus & de se ubivis ferè prædicantibus. Et ne unius testimonium insufficiens & suspectum videatur, sententiam addat suam *Josephus Acosta*, itidem Hispanus, idemque ob ocularem experientiam rerum ab Hispanis in Indiâ gestarum gnarus, hanc apertè edens confessionem: *His in locis avaritia maximè viget, ubi illius plurima est materia, auri atque argenti copia quamplurima. Quæ enim alia est remotissimas regiones penetrandi causa? cur immensas Oceani circuitus & labores subeunt homines?* Nempè, *ut dicam modestissimè, propriis fortunis consulere se arbitrantur, cùm aut suam aut suorum inopiam argento ex Indiâ collecto se depulsuros confidunt.* Et post pauca: *Re verâ verendum est, ne vænale putent esse Barbari Evangelium, venalia Sacramenta, neque animos esse nobis curæ, sed Nummum.* Addantur & hic antecedentia cum sequentibus, & nemini non manifestum erit, Barbaros de Deo Hispanorum non malè pronun-

De Procur. Ind. Salute, lib 1. cap. 11. p. 160. & 161.

nunciasse, ac Atheismum satis crassum non injuriâ ipsis fuisse impactum. Ad Doctores &Scriptores Hispaniæ si deveniatur,eodem Inquisitionis & scrutinii ordine & modo, quo circa Galliæ & Italiæ, non tanta fortè hic seges, sicut ibi, quemadmodum in universum,fatente *Ludovico de la Cerda*,& ipso quidem Hispano, *Hispania Regio sterilis est bonarum artium*; sunt tamen non planè nulli, in quorum libris hinc inde aliquid occurrit à sinceriori Philosophiâ & Theologiâ devium & hinc severiori censurâ non indignum, si ipsos etiam adversæ partis judices audiamus. Inter eos occurrit nunc nemini Eruditorum,nominetenus ad minimũ cognitus *Raymundus Lullius*, Majoricensis, de quo nuperus Historiæ Philosophicæ scriptor sequentia habet: *Hic non tantum in Alchymia celeberrimum nomen obtinuit,sed totam quoque Philosophiam,imò omnes omninò Artes innovavit. Nam omnium Disciplinarum terminos Generalissimos, inprimis Metaphysicæ, Ethicæ*, Theologiæ, *ex propriis sedibus in communem quendam locum compegit, eorumq; similitudines & affectiones certis quibusdam cameris alphabetarius docuit. Chaos hoc vocavit Artem magnam,& magna quædam de eâ pollicitus est; quippè hâc solâ cognitâ non opus esse,reliquas*

Adverſ. S.cap.45. num.ult.

libr. 6. cap.10.p. 317.

adire Disciplinas, dictitabat. Methodo nullâ, sed confusione magnâ usus est. Nisi Theologiæ facta esset mentio, posset videri, cætera huc impertinentia esse, quæ de eo relata sunt. Atqui testatur *Bellarminus* ex Directorio Inquisitorum *Eymerici*, ordinis Dominici, accusatum fuisse eum apud *Gregorium* hujus nominis XI. Pontificem Romanum, vel potius accusata fuisse ejus scripta, *quod continerent plus, quàm trecentos errores*; Bernhardum quoque de Luzemburgo eum ponere *in Catalogo hæreticorum.* Addit, *contra non desunt, qui eundem colant ut S. Martyrem & vocent Doctorem illuminatum, & Scripta ejus orthodoxa esse confirmẽt.* Meum non est, hasce inter diversæ nationis & ordinis homines componere lites, quæ hodiènum adhuc fervent. Adscribam tamen hic, quæ nuper post alios omnes *Joh. Casalas*, contra Petrum à Valle clausâ, sive *Theophilum Raynaudum*, ejusdemq; de immunitate Cyriacorum à Censurâ tractatum, in *Candore Lilii vindicato*, contra Lullium proq; ejusdem impugnatoribus congessit, ita scribens: *Ventilatæ sunt & decussæ* à Bzovio, *& à defensore ejus* Justiniano, *Apologiæ pro Lullii Scriptis* ab Eymerico *Inquisitore Generali totius Regni* Arragoniæ jussu *Gregorii* XI. damnatis, & ejusdem Bullâ con-

de Script. Eccles. p. m. 208. Cõf. Labbei Dissert. ad eund. p. 278.

num. 106. pag. 448. & seqq.

confirmatum è Quæsitoris Decretum. *Insurgunt in hanc Bullam Lulli Defensores, & dicunt, non reperiri inter Extravagants ejusdem Pontificis. Sed respondent* Bzovius & ejus Apologista Justinianus, *mirum non esse, quod præfixa Bulla non reperiatur in registro* Gregorii *cùm perierint integra duo volumina, quibus continebantur literæ Apostolicæ ejus Anni,* pura sexti Pontificatûs ejusdem, *spectantes ad communem Reipublicæ christianæ statum.* Addit ex Odorico Raynaldo, Annalium Baronii novissimo Continuatore: *Virum gravem, videl. Eymericum, egregiè de Religione Catholicâ meritum, nullius utilitatis illecebrâ pellectum, id facinus perfricta fronte ausum, vix credi potest, cum facillimè mendacii potuisset coargui.* In nuperâ quidem hujus Continuationis Editione compendiariâ hæc non habentur, illud verò refertur, Eymericum inter cætera Lullistarum deliria hoc inprimis recensere, *quod doctrina V.T. attribuatur Deo Patri, doctrina N.T. Deo Filio, sed doctrina Lulli Deo Spiritui Sancto.* Alia plura absurda ex ipsis Lullii scriptis consignavit *Gaddius* in de Scriptoribus non Ecclesiasticis, ibi prolixius legenda. Egit in citato Candore Lilii vindicato iteratâ vice contra Lullium ex Autoribus laudatis *Casalas*, sed ita, ut data

An. 1372. num. 35.

Tom. I. pag. 285. & seqq. num. 129. pag. 529. & 530. ad Exod. cap. IV.

Disp V. pag. 107. & 108.

quasi operâ omitteret duriora ibidem extãtia, quæ apertius exhibuit D. *Dorscheus* ex Bzovii collectione insigniora contra Lulliũ judicia producẽs, interq; ea *Jacobi Gualterii* Jesuitæ, qui eum vocavit *Histrionem*, librosq; ejus Magiæ & quingentorum errorum insimulavit; ex *Nic. Jansenii* ad Bzovium Adpendice à Justiniano editâ addens censuram *Caroli Bovilli*, qui eum dixit fuisse Eremitam vagum & erroneum, hâc cum subjunctâ Jansenii notatione, *eum in omni vitæ suæ peregrinatione crassissimos errores docuisse, propterque eos censurâ notatum, neque eâ exolutum, & fors falsa dogmata sua Mauris obtrusisse*, qui porrò illud quoque de Lullio scribit, *eum à Christo sapientiâ fuisse imbutum, tanquam Minos à Jove, vel Numa aliquis à Deâ Ægeriâ, ejusq; doctrinam neq; consentaneam esse Conciliis, neque S. Patribus, neq; traditionibus Ecclesiæ, sed propriis instinctibus refertam, interdum Alchymisticam*, &c. Præterea, Alphonsum Mendozam testari, Gersonem, Cancellarium Parisiensem & alium quendam Ecclesiæ Salmanticensis Canonicum de Lullio dixisse, *eum fuisse illusum à Dæmone, in Angelum lucis se transfigurante, omnemque ejus artem esse phantasticam & inutilem.* Et quia Jansenius non ignoravit, quod ex Bellarmi-

larmino etiam fuit obſervatum, coli à quibusdam Lullium ut Sanctum Martyrem, ideò notanter hoc quoque in reſponſo ſubjunxit, *ſæpius factum fuiſſe, ut temerariâ plebis devotione ii, qui hæretici fuerunt, Divorum catalogo ſint adſcripti*; Sanctum quoque Hieronymum adfirmare, *complures haberi & coli ſtultâ populi veneratione, nec ullo Eccleſiæ conſenſu, ut Martyres & Sanctos, qui ſempiternis ignibus cruciantur.* Ideò hæc à me tam prolixè adducuntur, quia certum eſt, omnes in univerſum hæreticos à Doctoribus quibusdam Papæis numero Atheorum accenſeri, hicque Lullius à non uno in hæreticorum refertur cenſum. Addo, eâdem ratione eum hic occupare locum, quâ alii plures ob curioſitates nimias & ſuſpectas in re Philoſophicâ ſimul & Theologicâ novitates. Inſuper, quia hæc hæreſis & Secta non cum Authore intermortua eſt, ſed plures habuit hodieque adhuc habet hic & ibi ſectatores. Notavit id Bibliothecæ Hiſpanicæ Editor *Schottus*, in ejus vitæ delineatione ita ſcribens: *Nulla tam abſurda ars eſt, quæ non admiratores & aſſeclas reperiat; ut nulla tam deformis, quæ non amatorem nanciſcatur.* Inter ſectatores nominat è Galliâ *Jacobum Fabrum & Carolum Bovillum*, de quo tamen ex Janſenio immi- *Tom. III. Claſſ. 4. p. m. 601.*

imitiorem contra Lullium audivimus censuram; è Germaniâ *Cornelium Agrippam* & tres fratres *Canterios*, Viros aliàs eruditos. Provocat quoque ad judicia *Rudolphi Agricolæ*, *Pici mirandulani* & *Johannis Marianæ*, rerum Hispanicarum Scriptoris antè omnes alios notissimi. Confirmat id etiam *Hornius*, loco ante citato, testatus, *eum ab hominibus sui ævi valdè celebrari*; quin & Rabbinos dicere, *ei tantam contigisse Sapientiam, quantam Deus concesserit Salomoni.* Succedentibus autem seculis præter *Cornelium Agrippam* ejus artem excoluisse *Paulum Scalichium* & alios; nec nostro deesse ævo, qui nimium ei tribuant. Inprimis apud suos cives Majoricanos tantam esse ejus existimationem, *ut hodiè etiam magno stipendio Philosophia Lulliana ibi loco Aristotelicæ doceatur*. An inter periculosas novitates & de ipsâ novitate suspectas S Scripturæ interpretationes referri debet Paradoxica Nobilis Hispani *Gonzales* de duplici viventium ante & post diluvium terrâ Dissertatio, aliis dijudicandum relinquo. Audio quidem *Schottanum*, Professorem Franequeranum, censuræ eam subjecisse, sed eam hactenus legere non licuit. Ego jam te comite ad *Anglos* eo, cæterosque orbis Europæi incolas, quos *Atheismo* laborare in

re in Scrutinio ostendisti, de singulis tria tantum verba additurus, ad finem magis magisque properans. Et de expressis quidem *Atheismi* apud Anglos vestigiis novantiquis post ea, quæ ex *Honorio Reggio*, notæ eruditionis Scriptore, prolixius adduxisti, nihil quod addam supereſt, præter id, quod communis fama de Sectâ Quakerorum, si propius & accuratius inspiciatur, verè *atheisticâ* loquitur, sequentem in modum à D. *Dannhavero* non ita pridem descriptâ, quod sit *Secta fanatica, natalium origine Brittannica*, fertili scilicet Tyrannorum provinciâ, undè & olim prodiit ortus pelago Pelagius; *ac nominatim Scotica*, quæ ut Africa semper aliquid novi parturit, *concitata à Spiritu ignorantiæ, mendaci, vertiginoso, superbo, sacrilego, muto, ac ut tegat furta, pharisaico, ut Enthusiasmum simulet lymphatico, eo scilicet genio inflata, quo motore Lunaticus in Evangelio spumabat & stridebat*, &c. *genio denique ordinis hoste, in Ministerium rabiosissimè contumelioso, in Magistratum seditioso ac irreverente.* His si adjungas, quæ sub ejus præsidio ante hoc triennium *Argentinæ* de horum colluvie per integrum doctrinæ systema proposita fuerunt, addito earum hæresium indice satis prolixo, quæ hic quasi in unum confluunt, mul-

Theol. Consc. p. 1051. & 1052.

multos obſervare licebit Anti- & atheiſmos, cum horrendis contra SS. Trinitatis myſterium blaſphemiis, quarum reſpectu nemo injuriam ipſis fieri putabit. Quid de *religione Medici*, libro authorem Anglum habente, ſtatuendum ſit, ex attentâ ejus lectione non difficulter conſtat. Varia ejus inſolita ex debito caſtigavit *Moltkenius*, qui antehàc cum annotatis eâ publicavit. Multò plura adhuc reſtant, modò ſeverus accederet corrector. Illud valde crudum eſt & intolerabile, quod ſine omni diſtinctione *nullum unquam fuiſſe atheum* ſtatuit, Epicurum, Stoicos, hoſtes SS. Trinitatis, homines ab omni religione alienos, *Machiavellum*, *Lucianum*, & quos non? purosab hoc crimine pronuntians, atque hâc ratione *Atheiſmum* pro non-Ente habens, omnes illos non obſcurè ſimplicitatis accuſans, qui tanto hactenus ſtudio *Atheiſmum* inter ipſos etiam Anglos impugnârunt, quorum nomina nuper *Hottingerus* in Bibliothecario recenſuit, qui certè hoc labore libenter ſuperſediſſent, ni de Patriæ ſuæ atheis certi fuiſſent, id quod tu de *Brickerodii* conatu Anti-atheiſtico verè cenſuiſti. Ad *Belgas* ſi porrò ſit eundum, de eorum Atheiſmo ſufficere poteſt *Voetii* teſtimonium à te productum. In ſpecie *Amſtelodamum* quod attinet,

lib. I. Sect. 19.

net, non immeritò huc refertur, quod *Maresius* in præfixâ defensioni *Anti-Curcellæanæ* Epistolâ ad Pastores ibi dedicatoriâ lamentabundus, inter alia scripsit: *Ut nihil est ab omni parte beatum, hoc uno aliquid decedere creditur gloriæ Amsterodamensi, quod Amsterodami augescat in dies Sectariorum numerus, varietas & audacia. Nunquam & nusquam licentius dictum, scriptum, vociferatum in christum Dominum & Deum nostrum, ut tota Rakovia nunc Amsterodamum adnatasse videatur.* Et sicut in toto opere multus est contra *Curcellæum*, quem Socinianis non semel sine omni circuitione adsociat; ista & quidem non immeritò ad exemplum *Hoornbeckii* graviter castigat Authorem nefandum *Irenici Irenicorum*, tanquam professum divinitatis Christi hostem, & *magnis passibus contendentem ad ipsum Muhammedismum*, id est, si ad priora respiciamus, ipsissimũ Atheismum. Quamvis fortè *Maresius* non habeat, cur de aliis rigorosè judicet, cùm & inter suæ religionis professores sint, qui de eo æquè severas exhibeant censuras, nominatim *Netheno*, Professore Ultrajectensi ita de eo in Epistolâ ad Lectorem *necessariæ defensioni Concordiæ* præmissâ conquerente, *quod à multis jàm annis, sive corruptionem salutaris doctrinæ,*

trinæ, sive odium, aversationem, traductionem & oppugnationem piorum & DEI timentium bonæque conscientiæ studiosorum Theologorum & Prophetarum spectes, ita se gesserit & gerat, ut fere cogatur eum inter Ecclesiarum (videlicet reformatarum) *Pseudo-Prophetas, veritatis divinæ adulteratores, infidos Legis divinæ Interpretes & Conscientiarum Informatores, piæ reformationis adversarios, & sub spe amicorum periculosos animarum seductores computare.* Nihil hic super vel de etiam esse videtur, quam ut *Atheismum* clarè & expressius ei impingat, cùm cætera quævis ad eum requisita suo ordine & numero sint recensita, hoc uno ob causam non adeò ignotam occultato. Addantur, quæ ibidem extant, sequentia, & me non vanè suspicacem aut divinatorem minus æquum fuisse, luce meridianâ clarius patebit.

Polonos si respiciamus, novi quod adjiciam, in præsens non habeo, nisi id solùm, quod nuper de scopo rei eorum publicæ cœptum est disputari, *Francisco Marinio* graviter accusante *Hermannum Conringium*, quod se antehâc præsente in Collegio quodam privato Auditoribus suis proponere non dubitaverit, *Scopum Reipublicæ Polonicæ hodiè esse vitam luxuriosam*, quod sicut

ſicut ille omni modo & pro viribus à Patriâ alienum eſſe conatus eſt demonſtrare, totam univerſi ſtatus in eâ rationem prolixè deſcribens, ita, ut audio, *Conringium* expertus eſt in multis acrem valdè adverſarium, ut forſitan tacuiſſe ſatius fuiſſet, niſi ſilentium pro Patriâ inhoneſtum duxiſſet. De cætero præter ea, quæ poſt Lanſium non ita pridem *Lindanus*, in deſcriptione orbis & rerum in eo publicarum de ruderibus Paganiſmi in Poloniæ finibus adhuc hodiè ſuperſtitibus, de Anabaptiſtis item & Judæis ex non incertis Authoribus refert, illud pro *Atheiſmi* accuſatione ſatis eſſe videtur, quod per longum benè tempus Socinianis, juratis DEI Trin-unius adverſariis hoſpitium præbet, id quod, dum in *Tranſſylvaniâ* hodienùm obtinent, à *Campanellâ* ſuperius ob id ipſum Atheiſmi culpam ejus incolis impactam vidimus. *Hungariam*, non ignobilem hodiè & olim orbis Europæi partem, cur clauſo præteriveris oculo, dubius ferè ſum, nec ita cauſam accuratè audeo divinare vel ſuſpicari. An quia nullos in eâ Atheos vivere exiſtimas? ô utinam! Paradiſum meritò dicerem, terramque ſub Sole omnium glorioſiſſimã, & quæ ſola inter omnes Elogio veræ Sanctitatis ſuperbire poſſet. At aliter de eâ judicat, quem contra

Poloniam modò citavi, Lindanus, *Geographiam esse religionum in Hungariâ* statuens, cùm præter Lutheranos, Pontificios, Calvinianos, Anabaptistas, id quod verum est, Ariani etiam & Antitrinitarii in ea reperiantur, quod tamen falsum est, nisi de partibus *Transsylvaniæ* vicinis intellectum velit, de quâ proximè. Optandum verò esset, ut in hoc Atheismi Scrutinio nullum *Germania* inveniret locum, utpotè cui Deus Ter Optimus terque maximus ante hoc sesquiseculum, *Lutheri*, constantissimi Apostolico-Propheticæ Fidei adsertoris, ministerio, restitutâ Catholico-orthodoxæ Religionis puritate & salutari DEI Trin-unius cognitione tantum & tam insigne præstitit beneficium, quo nullum majus aut illustrius potuit. Fas erat & justum, Germanos præ omnibus aliis non dicam Europæ, sed universi orbis Regionibus, tantò hoc thesauro Verbi suâ iterum luce radiantis beatos ita eodem frui, ne ob ejusdem vel abusum vel contemtum Deo vindice & ingratitudinem nullo modo excusabilem puniente ad pristinum delaberētur *Atheismum*, à quo vix DEI gratiâ singulari per claram Evangelii prædicationem fuerunt liberati. Sed Lutherum non vanum fuisse Prophetam, dum Germanis pessima quævis ob

tam

tam insignis Beneficii vilipendium vaticinatus est, tristis docet eventus. Ut enim de *Atheismo* Germaniæ practico jam non dicam, ad theoreticum quoque non una nec ab unis paratur via, si quo in pretio apud multos orthodoxiæ ratio sit, quibus custodia ejus ex officii ratione incumbit, accuratius observetur. Addit Germania, ut nemini ignotum est, tres magnas, quas vocare solent religiones, Evangelico-Lutheranam, Romano-Papæam, Calvino Reformatam. Nemo non, cui honor DEI, Ecclesiæ bonum, Veritatis ratio, propria imò & æternæ salus curæ est cordique, in summis id præcipuè habet votis, ut si non in universo orbe, vel etiam Europâ, saltem in *Germaniâ* esset una Fides, omnesq; eam pro Patriâ agnoscentes uno ore, modo, animoque Patrem in Cœlis juxta normam à seipso revelatam adorarent & venerarentur. Cum autem sicut cæteris plerisq; Nationibus, ita nec *Germanis* liceat tam felicibus, hæcque unitas optanda magis sit, quàm speranda, rebus ita constitutis, ut non possint non hæreses & varia schismatum scandala oriri; iis omninò incumbebat, qui Veritatis defensionem sibi incumbere in publico gloriantur, pro ea ita constanter pugnare, ut ne minimum quid præjudicii

per importunum Pacis & Concordiæ ſtudium ei poſſet adferri atque nocumento eſſe. At in id Seculum, proh dolor! incidimus, quo Veritas oraculi ex ore Prophetarum maximi magis confirmatur magisque, nemini non de futuris piè ſollicito triſte omen ob oculos verſante, parum nimis veræ Fidei ob ſyncreticam & *atheiſticam* omnium ferè Religionum hodie confuſionem tempore Adventûs ultimi inventum inter homines iri, plerisque quid credant vel non credant planè ignorantibus, ipſis Doctoribus per Myſteriorum Fidei in Verbo revelatorum ultroneam involutionem & hyperbolicam Fidei implicitæ commendationem auditores ſuos ſucceſſivè & pedetentim ad ipſum *Atheiſmum*, id eſt, ſalvicæ de DEO cognitionis turpem ignorantiam omnisque veræ religionis neglectum ducentibus vel impiè ſeducentibus. Deſeritur nimirum debitus Sanctæ Alethæ cultus, & quantum ex documentis in publico poſitis divinare licet, non pauci Theologiæ Bellatricis tædio adfecti mallent in pace, vel ſi mentem eorum apertius explicare fas eſt, in turpi otio, quam pulvere & arenâ vivere, ſibique & ſuis non Muſis & Gratiis, ſed delitiis, quas quærunt, & voluptatibus canere, eaque agere & tractare, quarum ratio-

ratione extra odium apud omnes esse possent. Hinc quocunque nunc vertas oculos, non nisi irenica, ô utinam non sæpius ironica! observabis consilia, iis omnium execrationi expositis, quibus major veritatis, quàm latentis sub Pacis larvâ feritatis est respectus, Bellaque Domini zelo non præpostero, sed divinitus & juxta Conscientiæ dictamẽ animato pro viribus continuare statutum est. Nimirum hâc Concordiæ curâ occupantur hodiè & ipsi in Ecclesiâ Romanensi Doctores, & qui Reformati audiunt, multum temporis studio huic hactenus impenderunt, quin ex Evangelico-Lutheranis quoq; non desunt, quibus in eodem studio per aliquot annos decurrere placuit. Non uno omnes genio ducuntur, sed variis & privatis pro se quisque rationibus, hic non prolixè indagandis vel etiam examinandis, cùm eas ii quoque, qui nasum Rhinocerotis non habent, non ita difficulter divinare possint, deque iis ex propriâ cujusvis statûs non adeò ignoti ratione ad normam apertæ Veritatis judicare. Ut de singulis breviter aliquid dicatur, deque Romano-Papæis initium fiat, illud ante omnia rem valdè suspectam facit, quod plerique scriptores Irenici inter eos in plerisque Concordiæ & Syncretismi capitibus

& circumstantiis à se invicem quamplurimum dissentire visi sunt. Non sollicitus ero de iis, qui clam & in occulto, id est, Anonymi sua publicæ Luci exhibere ad Pacem hanc sacram suo etiam studio promovendam consilia sunt ausi, inter quos juxta intentionem suam eminere voluit, qui ante hoc octennium sub Electoris *Moguntini* nomine conditiones Pacis inter Protestantes & Romanæ sedis adsecl as in medium

Bid. Disp. Select. Tom. II. p. 679.

proposuit, de quibus optimè *Maresius* judicavit, quod nihil sapiant dexteritatis politicæ, nihil etiam redoleant sapientiæ Theologicæ; nisi fortè ideo infensus huic consilio videri possit *Maresius*, quia cum Reformatis suis Pace hâc exclusum se vidit. Sed & plerisque inter ipsos Romanenses non placuit nec placere potuit hoc consilium, ut videre licuit ex duplici Scripto eidem opposito, & suppresso nomine itidem publicato, quod Theologis *Moguntinensibus* adscribendum esse, *Volusius* sub initium primæ castigationis *Maresianæ* docuit. Et sine omni dubio hunc quoque Pacificem voluit subintellectum *Masenius*, in primâ Meditatæ à se per aliquot annos concordiæ

Tract. II. cap. 6. p. 114.

parte non honestam adeò Irenicorum & Conciliatorũ faciens mentionẽ, quos *Atheistas* magis esse dixit, quàm fideles, Elogio

ad

ad hoc Institutum aptissimè accommodato. Ad alios venio, qui majori Adparatu, quin & non planè nullâ Authoritate instructi, cumque plurium Adprobationibus hoc argumentum in se susceperunt tractandum, & quidem non Latinorum modò, sed & Germanorum Idiomate, ut videlicet & hi aliquid haberent, in quo Ingenii sui vires exercerent. Ex horum numero novissimè comparuit paucis ante obitum annis ex *Anatomico* fœtus ad normam *Augustanæ* Cõfessionis totus, quantus fuit, *Irenicus*, à D. *Hannekenio* prolixiori, à D. *Dannhavvero* autem breviori subjectus Examini, repetito in *Illice Pacis Ecclesiasticæ*, quod Syncretissimum in Irenico latentem in lucem publicam protraxit. Qui cum Eruditis & Principibus hic agere voluerunt, communi orbis Europæi Mercurio, linguâ nimirum Latinâ securius uti se posse existimârunt, inter quos non postremus esse voluit dictus paulò ante *Masenius* in oblatâ summis per Europam & Imperium quod hodiè dicitur, Romanum, Principibus eorumque Legatis *Ratisbonæ* adhuc congregatis *Confessione*, cui tamen ex iis Illustris quidam Vir ante biennium opposuit aliam Fidei *Confessionem*, eamque ex S. literis *orthodoxam*, ostensis non unis, institutâ Collatione accura-

pag. 3. & seqq.

curatâ, Confessionis *Masenianæ* vitiis & erroribus, quos nondum depulsos vidit orbis catholicus. Illud hic notari meretur, quod de Instituto hoc *Masenii* per tres partes continuato non ita æquè *Laubenbergius* Apostata judicavit, multa in eo culpans, quæ magis congruenter, suo quidem judicio, & compendiosius tractari potuissent, de quo ipsi videant Fratres Cadmæi, se invicem, dum aliis Pacem offerunt, conficientes. Secutus est hunc in perantiquâ Universitate Erfurtensi *Augustinus Gibbon de Burgo*, ordinis Eremitarum S. Augustini, editis quatuor disputationibus, *de Luthero-Calvinismo, Schismatico quidem, non hæretico, sed reconciliabili*, quarum nervum contraxit, & quæ dubia, controversa, demonstranda adhuc sunt, compendiosè subtraxit, totumque adeò tractationis corpus enervavit D. *Dannhavverus*, ut ad summam non multum amplius susperstit. Horum vestigia nuper, sed impare gressu, pressit *Volusius*; impare, inquam, gressu, in Aurora Pacis, quam D. *Veielius*, vicinus tibi & amicissimus, in Anti-*Allatio* suo, verius *Caliginem Divinæ Luci inimicam & offusam* vocari censet, id evidenter & solidè ad demonstrandum suscipiens, *quod Cœtuum invariatam Confessionem Augustanam* sincerè

l. cit. pag. 102. & seqq.

cerè amplectentium *Reconciliatio & Unio cum Ecclesiâ Romanensi*, Salvis Eorundem Protestantium Hypothesibus Et Illæsa Veritate Divina, Nec Impossibilis Nec Inconsulta; *Syncretismus autẽ omnis cum Sacramentariis impossibilis, damnosus & pernitiosus sit.* Impare, inquam ego adhuc semel, gressu. Dum enim cæteri *Masenius* videl. & *Gibbõ*. Lutheranos simul & Calvinianos statuunt recõciliabiles adque unionem reducendos, *Volusius* illos tantum admittendos censet, his sine omni spe exclusis & omninò repudiatis, cujus partialitatis rationes reddere *Maresio* fuit coactus, an autem sufficientes, & quæ rem confectam dare possint, ii judicent, quos propius hoc negotium respicit. Quæ ante hos alii seculo præcedente, nominatim post Erasmum, *Cassander & VVicelius* pro unionis hujus bono utilia judicarunt, huc non pertinent, utpote dudum & à pluribus examinata, quamvis nec hodiè desint, quibus hæc & talia valdè placent, utut à Spiritu humano utplurimum profecta. Neque si ad Reformatos, multum adhuc reformandos conciliatores progrediundum est, circa veteranos atq; Irenica eorum consilia prolixius excutienda hærebimus, nominatim *Acontium*, cujus de Stratagema-

tibus Sathanæ opus, utut Editor Basileensis *Grasserus* & in Titulo & in Præfatione tanquam *verè divinum* commendaverit, aliter tamen de eo judicavit *Voetius*, eum ab occulto Socinismo, aut saltem Syncretismo cum eo, non procul abfuisse censens ideò, *quod Sabellianorum hæresin præcisè quidem à Symboli sui consortio excludat, Photinianorum verò minime, imò eam non obscurè includat*, ut alia plura præteream, quæ porrò non uno in loco contra eum observavit. *Paræi* Irenicum antehoc semiseculum orbi Evangelico obtrusũ, *Hutterus & Sigwvartus* non esse nisi Ironicum, vel facem potius bellicam, non nisi ignes incendiarios de se spargentem, ita accuratè ostenderant, ut nullus *Parei* sequacium hactenus contra ausus fuerit mutire. Quæ *Duræus* per quadraginta ferè annos post tentata in vanum septentrionis regna, repulsam hic & ibi passus, demum Germanis pro Concordiâ iis commendandâ sollicitus propinavit, pluribus modis de veneno latenter admixto suspecta esse, post D. *Hulsemanni* Calvinismum Irreconciliabilem, *Halli Romæ irreconciliabili* oppositum & contra *Duræi* exceptiones defensum, nuper D. *Dannhaverus* ejusque Synagonista & Vindex D. *Bœbelius* prolixè demonstrârunt Nullum verò tem-

Disp. Select. Tom. 1. pag. 160. conf. ib. pag. 415. 501. 975. ibid. etiam D. Calov. System. Theolog. Tom. 1. pag. 123. 780. 853.

tempus tam Irenicũ, ſicut à parte Romanẽſium, ita Reformatorum quoque fuit, quàm proximum quindecennium, tot hinc indè ortis Pacificatoribus religioſis, ſi non verius irreligioſis, ut niſi Vaticinium Chriſti de uno Paſtore & ovili duduni experientia docuiſſet impletum, ejus in Germaniâ complementum ſperari potuiſſet, miraturis ſe Statum ejus accuratè conſiderantibus, Germaniam poſt tot ſchiſmata & periculoſas in religionis negotio diverſitates factam eſſe Irenicam, id eſt, Syncreticam. Optandum & hic fuiſſet, ne inter Evangelicos invenirẽtur, quibus hæc Irenico-Syncretiſtarum ſocietas non tantum non diſplicuit, ſed & quam maximè apta fuit viſa, per quam ad Unionem inter Evangelicos & Reformatos tandem aliquando deveniretur, invitatis ad eam amplificandam qui huic rei videbantur idonei. Imò fuerunt, quibus talia Pacificationis religioſæ media in mentem venerunt, quorum ſubſidio nulli ferè Chriſtianiſmi profeſſionem externam ſimulanti aditus ad hanc unionem fuiſſet præcluſus, Symboli, quod vocant, Apoſtolici literâ nemini non communi & quaſi catholicâ. Quem verò ad modum D. *Calovius* optimè Samaritaniſmum, & qui huic adfinis eſt, *Syncretiſmum*, à quibuscunq; etiam *l. cit pag. 123. & ſeq.*

etiam tentetur, ad *Atheismum* retulit inchoatum, ad consummatum verò secundum quid *Puccianismum*, & ad finem huic Acontianismum, Arminianorum hodiè Libertinismum, Socinianorũ *Atheismum*, Machiavellismum, de quo proximè; & ad consummatum absolutè *Epicureismum*, de quo itidem mox paucis; ita dum ante Annos non ita multos quidam ex Syncretizantium horum & Neutralistarum numero scribere est ausus: *Omnia dubia in religionis dissidio erũt clara, si, ut litera sonat, verba sumserimus catechetica; per quod caput ex Photinianis christiani, ex Papistis catholici, ex Calvinianis Lutherani, omnes fratres & unus in Christo fient. Absit enim, ut qui in Catechesi conveniunt, hoc est, Doctrinâ, quæ indubitatò salutem æternam monstrat, & quam si sequimur, participes ejus reddimur, hæretici sensu Scripturæ existimandi sint, cùm hæresis directè salutem excludat, & à Christo dividat*; nescio, an ita malè aut rigorosius justo censuerit, qui hoc consilium monstrare viam ad *Atheismum* scripsit, graviterque hactenus id contra factam in publico protestationem vindicavit. Eò autem magis dolendum est, quod *Atheismus* hic Syncretisticus ab ipsis Theologiæ Professoribus orbi Germano commendatus, à plerisque alia-

aliarum quarumvis
cupidè arripiatur, u
nemoque non hodi
utrpluresarcana Sy
netrare didicerint, n
verioribus Theolog
graviorem omninò
Anno demum præt
nullibi cohærenter
Politicus, post alios
Statûs Germaniæ A
ditationibus aliqua
aucupaturus, id q
vit, nisi suam quoq
negotio interponer
sui sensa explicaret
nõ, aliqualiter salte
ri posset, hæc inter
inquirere velit caus
situo ad felicem scop
potuerit, responde
nerale vel saltem N
tionis tempore nullu
fuerit agnitum, im
sis causis ullam super
gerunt interim Collo
rationes utriusque pa
ad victoriam & ostent
tatem absque ullâ

aliarum quarumvis facultatum adſeclis ita cupidè arripiatur, ut quam-cupidiſſimè; nemoque non hodiè Syncretiſta eſſe velit, utut pluresarcana Syncretiſmi nondum penetrare didicerint, meritò ob id ipſum à ſeverioribus Theologis caſtigati. Quorum graviorem omninò cenſuram meretur, qui Anno demum præterito inutilem valdè & nullibi cohærentem texuit telam Scriptor Politicus, poſt alios tantò numeo de *ratione Statûs Germaniæ* Authores ſuis quoq; meditationibus aliquam inter eruditos famã aucupaturus, id quod fieri non poſſe putavit, niſi ſuam quoque de præſenti *religionis negotio* interponeret Sententiam, animiq; ſui ſenſa explicaret, *quâ ratione ſi non omninò, aliqualiter ſaltem in concordiam revocari poſsit*, hæc inter alia proponens: *Si quis inquirere velit cauſas, cur religionis compoſitio ad felicem ſcopum hucusq; perduci haud potuerit, reſpondebo breviter: Concilium generale vel ſaltem Nationale indè à reformationis tempore nullum fuiſſe, quod utrinque fuerit agnitum, imò vix ſpem ejus ex diverſis cauſis ullam ſupereſſe, Si quæ verò contigerunt interim Colloquia, acerbas ferè diſputationes utriuſque partis audias, quæ magis ad victoriam & oſtentationem, quàm ad veritatem abſque ullâ animi præoccupatione*

eruendam propriè fuerunt directæ. Excipio tamen inquit, *amicabile illud compositionis tentamen inter Lutheranos & Calvinianos Theologos apud* PHILIPPUM *Hassiæ Landgrafium quondam factum, quo teste* Dresserus *res jam eò fuit adducta, ut solummodò circa Articulum Sacræ communionis alterius disceptaretur, ac etiam ita discessum & conclusum sit, ut charitas christiana ex utrâque parte coleretur, & simul mutuæ preces ad Deum funderentur. Quem etiam concordiæ finem,* addit, *ante Annos non multos Colloquium Casselense ex sollicitudine Serenissimi Principis VVilhelmi Hassiæ Landgrafii inter Rinthelenses & Marpurgenses Theologos habitum optimè respexit, licet non ubique æquos invenerit Censores.* Quo spiritu hæc scripta sint, nemini præsentium rerum gnaro ignotum esse potest. Condonari hæc aliquatenus Authori possent, fortè non ad propriam, sed aliorum mentem scribenti, si in generalibus tantum mansisset, & non speciales cum Pontificiis æquè ac Reformatis Controversias, crudissimè eas proponendo & Quæstionis statum non ritè formando, tractare ac conciliare fuisset annisus, id oneris sibi imponens, quod omninò humeris impar præditus judicio Lector facilè observabit. Ita nimirum fieri solet, cùm juris humani

manique divini co
randam ἀπολογίαν
negotiis, ad quarum
debitâ vocatione ne
structi sunt. Tracta
Sed qui de controver
judicium ferre detre
planè est. Nemini q
rum Scripturæ S.
rum vel occlusum,
nulli non seriò & c
ne injunctum, idq
us quisque salutis æ
prophetis eorumq
ac Spiritus ad lydi
lati lapidem proba
sint, an ex Diabol
tur; ad exemplum
Berthoensium, Pa
teris Testamenti
genti studio confer
rum Ecclesiæ tam
ut non Mosis exem
habeat auditorum
ximum in salutife
gnitione profectur
si non Doctores,
deque Fidei contr
modestum tamen fe

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [306] - 302
PUBLIC DOMAIN

mani quàm divini consultiores per intolerandam ἀπολιοπραγμοσύνην eis se ingerunt negotiis, ad quarum expeditionem neque debitâ vocatione nec sufficienti rerum usu instructi sunt. Tractant aliàs fabri fabrilia. Sed qui de controversiis hodiè Theologicis, judicium ferre detrectet, nemo vel nullus planè est. Nemini quidem verè christianorum Scripturæ S. scrutinium est prohibitum vel occlusum, sed apertum potius, imò nulli non seriò & cum maximâ obtestatione injunctum, idque ideò, ut eò commodius quisque salutis æternæ cupidus à Pseudoprophetis eorumque erroribus sibi cavere, ac Spiritus ad lydium verbi divinitus revelati lapidem probare possit, num ex DEO sint, an ex Diabolo, cùm tertium non detur; ad exemplum omni laude dignorum Berrhoensium, Pauli dicta ad normam Veteris Testamenti Oraculorum pio & diligenti studio conferentium. Nemo Doctorum Ecclesiæ tam invidus est vel esse debet, ut non Mosis exemplo in summis votorum habeat auditorum quorumvis quam-maximum in salutiferâ DEI Trin-unius cognitione profectum, ut si possibile, omnes si non Doctores, piè saltem docti essent, deque Fidei controversiis judicium, sed modestum tamen ferre possent. At cùm sapien-

pientissimo omnis boni ordinis Authori visum fuerit, ut sicut in cæteris vitæ statibus, ita in Ecclesiâ ex gravissimo religionis negotio non confusè, sed decēter & distinctis inter se officiis procederetur, non video, quâ ratione *Atheismi*, vel si mollius fortè videbitur, *Antitheismi* suspicionem evitare possint, qui huic ordini divino contra ire & facere nituntur, officiique sui limites nefariè transgrediuntur; inprimis si accedat contemtus & superciliosa traductio eorum, à quibus officii divinitus commissi ratio requirit, ut ad præscriptum regulæ ac conscientiæ per omnia sufficienter informatæ dictamen id agant, quod ad supremi omnium Directoris honorem, Ecclesiæ ædificationem, veritatis orthodoxæ confirmationem, æternamque auditorum sancté commissorum beatitudinem omni modo conducere visum fuerit. Satis fortè querelarum & plus quàm satis, quas tamen justus expressit dolor, indè conceptus, dum sanctum in Ecclesiâ ordinem (qui DEI gratiâ nec dum ita destituitur, ut quibuscunque ad Pacem, veritate non attentâ faciendam concurrere necessum sit) ita contemtim ab iis tractari video, qui sibi solis placent, ac plus quam decet adscribere solent, vani ejus Eruditionis jactatores, quam primoribus vix labris degu-

degustârunt, Judicum partes sibi sumendo prius, quàm ritè didicerint in suo, quod occupant, Foro judicare. Illud nunc adhuc restat, ut tecum quoque aggrediar Scrutinium Causarum *Atheismi*, vel signorum etiam, undè nimirum vel provenire solet, vel etiam cognosci Atheismus. Multa & hic in promtu essent, quæ observatis à te addere liceret, nisi conatu omni properarem ad finem. Ante autem, quàm huic dissertationi Epistolicæ imponam, de tribus tantum sive causis *Atheismi*, sive ejusdem signis, & quidem te iterum præeunte, monere lubet, è triplici Foro, Theologico nimirum, Politico & Scholastico desumtis, per quæ *Atheismum* vel generari, vel etiam promoveri, quin & satis manifestè cognosci Pietatis studiosus Lector nobiscum agnoscet. Ad illud spectat, quod tu debito cum zelo contra S. Scripturæ contemtores ejusdemque nefarios prohibitores disseris, amplius non extẽdendum, cum integri tractatus de Papistico inprimis *Scripturæ contemtu* publicè omniumq; oculis expositi prostent. Hoc non semel satis mirari non potui, neque adhuc satis possum, *Bellarminum*, omnis polemicæ Eruditionis promum & condum, si *Votusii* judicio standum sit, inter alias prohibitionis Biblicæ in vulgaribus linguis, cau-

lib. II. de V. D. cap. 15. sas hanc etiam adferre non erubuisse: *Populum non solùm non capere fructum ex Scripturis, sed etiam detrimentum; accipere enim facillimè occasionem errandi tum in Doctrinâ fidei, tum in præceptis vitæ ac morum. Si enim populus rudis audiret, linguâ vulgari suâ legi ex Canticis Canticorum:* Osculetur me osculo oris sui, & læva ejus sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me; *Et illud ad Oseam:* Vade & fac tibi filios fornicationum, &c. *Nec non adulterium Davidis, incestum Thamar, mendacia Judith, & quemadmodum Joseph fratres suos inebriarit, Sara, Lea & Rahel ancillas dederint Viris suis in concubinas, & multa eorum alia, qui in Scripturis magnâ cũ laude commemorantur; vel provocaretur ad hujusmodi imitanda, vel contemneret Sanctos Prophetas, ut olim Manichæi, vel putaret, mendacia esse in Scripturis.* Quibus instantiis contra hanc Scripturæ accusationem hactenus à parte Evangelicorum fuerit disputatum, prolixè hic recensere non est opus. Ego duo tantum hic repeto Exempla, forte non ubivis obvia, quorum prius suppeditat spissum *Thomæ Sanchezii* de Sacramento Matrimonii opus, contra quod alibi prolixius allegavi gravamina eruditissimi antehàc Sorbonistæ *Aurelii*, repetita à *VVendrockio* in ad lite-

literas *Montaltii* Notis, quibus etsi alias inurere tentavit *Stubrockius*, has tamen exūrere in totum nō potuit, *Cellotio* etiam Hierarchici operis structore operosissimo eas eludere in vanū conato, ut de aliis infandarū turpitudinum hyperaspistis jam non dicam. *Caramuel* certè, quamvis pro opere hoc apocalyptico *Sanchezii* verba facere, illudque insigniter tanquam maximè necessarium comendare voluerit, contra Doctorem quendam Complutensem, adserentem, *Virum religiosum*, qualis Sanchez esse voluit, *debuisse Christum potius Cruci suffixum, quam tot lasciviendi species & modos cogitare, at debere ejus libros ab Ecclesiâ interdici, indignos, qui ab hominibus castis legantur*; Elogio tamen suo, quod operi huic præfixit, valdè suspectum illud feciſſe videri potest, scribens, *Eum primum solumve sordes Venereas omnes ex professo explicasse*. Alterum suppeditat exemplum opus *Martini del Rio* Disquisitionum Magicarū, non ita pridem in Germaniâ recusum, de quo *Malvenda* in auctuario operis de *Antichristo* Lectori expendendum relinquit, *annon tutius Religioni christianæ esset, ne ejusmodi Commentaria passim & promiscuè omnium manus vulgò subirent, ne in multis parum pus hominibus illex esse possint, novas*

conf. de Mendo in Staterâ, Dissert. 13. quæst 24. num. 358.

Theolog. Fundam. Tom. 1. pag. 467. Edit. Lugdun.

& reprobatas curiositates perscrutãdi ac experiundi, ne dum noxia vitare docentur, venenum potius, quàm antidotum bibant. Accusatio hæc tam malè habuit *del-Rio*, ut sequenti primam Editioni præfigeret acerbissimam Depulsionem seu Epistolam Apologeticam ad Inquisitionis Romanæ Congregationem, illud præprimis in eâ urgens, ac si rigorosior hæc *Malvendæ* censura ex odio in Loyolæ Societatem proveniret, tanquam ab homine ordinis Prædicatorum. *Hoc agunt more suo*, inquit, *ut nihil in minimâ Societate nostrâ typis evulgetur, cui non genuinũ infigant.* Et post pauca: *Proficiscitur hæc redargutio ab illius ordinis, licet Sancti, Viris, qui se palam ut adversarios & impugnatores Societatis gerunt, clanculùm ex insidiis arrodunt; & magno nisu per Hispaniam, Italiam & alias orbis partis invidiam Societati excitare, & Patrum Societatis sententias atque Scripta per se ac Emissarios suos, mendaces historicos & alios denigrare moliuntur, curantes maximoperè, ut vel libri prohibeantur, vel ad tempus lectio suspendatur, vel aliqua ignominiæ nota adspergantur.*

Quæ verba posteriora opusculo etiam suo de Morali inseruit *Amadæus Guimenius*, hæc addens: *Hæc forsan moliebantur olim contra Societatem Patres Dominicani; modò autem*

Tract. de Fide, Propos. 14. pag. 127.

autem longè aliter se gerunt, & ut audio, fœdere stricto Amicitiæ Jesuitis conjuncti sunt. Sed non strictum adeò hoc fœdus esse, ex eâ lite manifestum est, quam paucos ante annos *Petrus à Valle clausâ*, seu Theophilus Raynaudus, ordini Cyriacorum vel Dominici noviter intendit de immunitate Eorum à Censuris per decem Diatribas maximâ cum vehementiâ & animi commotione agens, ubi eadem *Malvendæ* contra *Del-Rio* invectiva rigidiori censuræ subjicitur, à *Johanne Casalas* nomine totius ordinis in *Cãdore Lilii* vindicato sequentem in modum defensa: *Proni sunt ad malum sensus hominis ab adolescentiâ, & quovis irretiti lenocinio prorumpunt in pejus, si nullo vel debili præpediantur retinaculo. Curiosum animal homo, novitate periculosâ acuitur nativa prurigo; & avium more facilè capitur, ruinosâ sed speciosâ inescatus dulcedine, rerum variarum incautus Lector. Mors enim adscendit per fenestras, adulterium discitur dum videtur, teste* Cypriano, *haustumq; oculis venenum recto tramite invadit præcordia, ac nisi præsens & potens adhibeatur remedium, jugulum incauto & imperito Lectori præcidit improvidus & imprudẽs Scriptor. Huic periculo providens ex christianâ charitate pius* Malvenda, *optasset, vel à nullo at-* reflex. 8. num. 144. pag. 576.

tingi, aut potenti confutatione elui Magicarum narrationum insidiosas proluſiones, quadum ſpurcitias, blaſphemias, ſaltationes meretricias, incantationes Diabolicas, totiusque laſciviæ fœdos apparatus prælo exarante oculis ſubjiciunt, fœdiſſimas ingenerant cogitationes, motus nefandos ſuſcitant, ſtimulantque innatam laſciviendi pruriginem, ſimilia tentandi injectâ cupidine, niſi venenoſis hiſce animorum eduliis præſens phàrmacum ſtatim adjungatur, quod omiſſum luget Malvenda, *Paulo ſubſcribens dicenti*: Noli cibo tuo alium perdere, pro quo Chriſtus
Rom. 14. eſt mortuus. *Ut quid ergò Magicas illuſiones & abominanda Sagarum conventicula calamo refugiente depingam? Nec ego de proximis tam malè mereri volo, ut illis ſternam iter ad immane præcipitium & notabilem multorum funere voraginem. Pauci enim Lectores hanc periculoſæ curioſitatis viam ſunt ingreſſi, quin ex alterutro incãtati montis vertice caderent in evidens pietatis excidium, aut ſacrilegam objectæ incantationis imitationem, niſi, quod raro fit, efficaciſſima vis inſtantis remedii, totam evacuet aconiti virulentiam, quod à* del-Rio *factitatum optaſſet* Malvenda. Hæc ille ibi, quæ iterum in memoriam revocant, quæ ſupra *Barlæus* de *Vanini* Amphitheatro judicavit, adque

Cam-

Campanellæ Atheiſmum nõ triumphatum, ſed ferè *triumphantem* adplicata fuerunt. Judicent illi, ſi judicii ſerenioris capaces ſunt, qui ſacras ob id ipſum accuſare ſolent literas, num tale ſcriptionis genus ab omni labe purum ſit, & annon hoc etiam modo ad quasvis libidines, magicas incantationes, & perhas ad non ſubtilem, ſed craſſum valdè Anti & *atheiſmum* via ſternatur, etſi Authores omnibus modis contra & proteſtari ſolean. Ut autem de Scripturæ S. vilipendio, ceriſſimo *Atheiſmi* latentis indicio, adhuc aiquid addam, præter eos, qui inter Romanenſes circa Textûs Sacri originalis integitatem non admodum piè ſenſerunt, nominatim poſt omnes alios *Morinum*, nimum Textûs Samaritici admiratorem, à noſtrate D. *Calovio*, *Hottingero* inter Reformatos & *Boetio*, quin ipſo etiam ex Fidei conſortibus *Muiſio*, ſatis & ex debito caſtigaum; ex Reformatorum etiam numero, qũ tàm ſeveri aliàs S. Bibliorum contra quorumvis ſpiritui S. obloquendi audaciam vndices videri volunt, à non ita multo tempre fuerunt, per quorum infelix ſtudium uthoritati Codicis S. non parum detrimen acceſſiſſet, niſi aliorum zelus pro DEI hnore vigilans huic malo iviſſet obviam, ſurima egregiè ad

vindicandam Textûs Ebræi integritatem præstans. Triumviratum hic gerere videri hactenus voluerunt *Ludovicus Capellus*, *Isaacus Vossius*, *Brianus Waltonus*. Ille Arcani Punctationis revelati & Criticæ, quàm scripsit, sacræ; Iste Dissertationi de verâ Mundi ætate & Interpretum Græcorum Biblicâ Translatione & Chronologia, hic autem operis Anglicani apud S. Philologiæ Cultores celebratissimi Editor: omnes & singuli suos experti Antagonistas, Ille *Buxtorfium* & laudatum paulò ante *Bootium*, Iste *Hornium*, *Schottanum*, *Hulsium*, Hic verò è nostris *Wasmuthium*, nuper Rostochiensem, nũc Chilonienſem in Holsatia Professorem, Hebraismi restitutorem & S. Scripturæ Vindicem dexterrimum & felicissimum, qui de cæteris quoque, *Capello* nimirum & *Vossio*, gravissimum, quo pollet, interposuit post alios judicium, & de *Capelli* quidem sacrâ, verè, inquit, sacerrimâ, Criticâ, ac *Buxtorfii* labore Acti-critico sequentia ad rem præsentem valdè pertinenter monuit: *Hic, nimirum Buxtorfius, triumphantem blasphemi Revelatoris audaciam solidis rationum armis profligavit, ipsiusque Criticam illam sacerrimam Atheismi bucciнam, & Alcorani fulmentum, publica abolendum flammâ, fulitus subvertit; adeò ut*

conf. D. Dannha. Hermeneut. S pag. 124. seqq.

etiam

etiam multi præcipui Philologi & Theologi, interq; eos quidam Pontificii etiam χρείττονος νόμμασος, *initio seducti à* Capello, *posteà vero* Buxtorfianis *rationibus, ex abstrusis ultimæ Antiquitatis Judaicæ monumentis, veriora edocti, mutatâ sententiâ, perditissimas illas* Capelli *opiniones apertè rursum damnârint, easque ut proximam ad* Atheismum *viam, & ipsius Muhammedis impietati æquiparandas, extremè sint detestati.* De Vossii autem instituto, post laudatos ejusdem Antimachos, & expositas prolixè hypotheses ejus periculosissimas, ita scripsit: *Quis non videt quorsum hæc omnia tendant, nempè, ne quidem ad Pontificis Romani tribunal amplius, sed ad apertum* Atheismum, *& inde ad ipsum orcum, undè prodierunt.* Contra Waltonum verò simul, Capellum & Vossium hæc addidit: *Miror & doleo, quod tum Ecclesia Anglicana incomparabilem illam Operis Biblici* πολυγλώττου *Editionem illo Capelli & Waltoni propudiosissimo Goliathismo contra sacrum characterem Hebræum horrendum in modum deturpari passa sit; tum quod Ecclesia Belgica blasphemam illam & monstrosam Vossii Dissertationem in luce publicâ toleret, meritò æternis damnandam tenebris, utpotè quâ originalis S. Scripturæ certitudo & authentia funditus subruitur, &c.*

Nullus dubito, quin *Spizeli* in his Sacris exculti ſſime, hunc quoque *Atheiſmum* ex pio & debito erga ſpiritus S. linguam zelo una mecum ſis deteſtaturus, inque eo laboraturus, ut tuâ etiam opera huic malo, ob novitatem multis non ingratam latius graſſanti, ſuo tempore obviam eatur, ſuusque honor Textui ſacro maneat, tam ſanctè hactenus & tantâ per cœleſtem providentiam ſollicitudine cuſtodito, ne videlicet per tentatas haſce inſidias omni fundamento in poſterum & immoto Fidei noſtræ principio carere cogamur, inque negotio æternæ ſalutis ad meras dubitationes & humanas, at, quàm lubricas! probabilitates ducamur, Conſcientiâ inter varias turbines ſemper anxiâ, nunquam ſerenâ & conſtanter tranquillâ. Quamvis enim magni hi literatores aliis modis & mediis rem hanc juvari, certitudinemque & infallibilitatem Voluntatis divinæ ex S. literis cognoſcendæ impetrari poſſe cenſent, quam maximè in eo occupati, ut videri volunt, ut damnum illud, quod periculoſa hac innovatione inferre communiter accuſantur, aliundè compenſent & reſarciant; nondum tamen ea oſtenderunt remedia, quæ vulneribus S. Codici à ſe inflictis & ſua iterum ſanandis opera eſſe poſſent apta, quin potius examen

men eorum & adplicatio oſtendit, eventum minus reſpondere promiſſis, imò omnia in pejus ſemper ruere, adeoque ſecurius & multo tutius eſſe, ut in terminis hucusque præfixis intraque limites conſtanter hactenus nec ſine plurimo uſu obſervatos maneamus, quam ut tanto cum periculo & veritatis ſalvificæ detrimento eos moveri, aliisque includi nos patiamur, ipsâ novitate ſuſpectiſſimis. Ad forum jam non Poli, ſed Soli, ſive Politicorum, ut hodiè audiunt, ſi nos convertamus, *Atheiſmum* non ſubtilem vel rarum, ſed craſſum valdè & nimis copioſum ibi videre licet, Machiavellicâ Religione ſive decantatâ omnibus *atheiſticâ* ſtatûs ratione ubivis obviâ, te prolixius & copioſè ſatis id demonſtrante. Ipſum quod attinet *Machiavellum*, fateor, me ob ſtudiorum rationem ad ejus arcana nunquam admiſſum, neque ut admitterer conatum fuiſſe unquam, non quaſi ſtudium Politicæ omninò fugerem, cui antehàc ſub ductu Celeberrimi *Bæcleri* non planè nihil temporis impendi, & nunc etiam aliquoties ad ejusdem amœnitates per intervalla redire ſoleo; ſed quia tot gravia contra hunc Scriptorem hic & ibi præjudicia obſervavi, quæ me ſemper eò adegerunt, ut tutius judicaverim, horas

ad

ad utilius quid & magis necessarium locare, quàm eo labore & studio consumere, undè ad rem meam non magnum adeò commodum sperari posset. Observavi tamen postmodùm ex unius & alterius Politici Scriptoris lectione non superficiariâ, non idem esse omnium de hoc homine, pessimè communiter audiente, judicium, quibusdam mitius, aliis autem è contrariò rigorosius de eo censentibus. Non molestus ero prolixâ eorum exscriptione, alibi forsitan obviâ; quamvis ut recentiorum quorundã hic legãtur, præter rem esse non existimo. *Naudæus* in Bibliographiâ hæc habet: *Politicus Florentinus licet Axiomata fermè omnia administrationis Politicæ conclusionisque præcipuas suis in operibus passim disseminaverit, quia tamen subtiliores Philosophos est imitatus, qui inter disputandum plura supponunt, quam probant, astuti & temerarii famam potius, quàm prudentis sibi conciliavit, multorumque adversus doctrinam suam pennas acuit; quorum acumen retũdere non ita forsan in cassum* Casparsciop*pius proximis annis conatus est, edito* Romæ *de Pædiâ politicâ cultissimo doctissimoque libello, cui uni plus inesse bonæ mentis ac judicii, quàm reliquis operibus ejus, æquissimi certè librorum censores haud immeritò existima-*

mavère. Eruditus &
rum versatus Autho
eptus, in de Opinion
plit: *Machiavellus*
bus. Execrantur eu
dent artes suas esse de
Consiliarii, quia vi
eo tangi. Execrant
miseriarum luce ex
dentes, mala sua ex
ta. Sed non nova
cepta. Ite in antiq
eandem sæpè fabul
somis. MACHIA
do, quo legitur Gr
Cyropædia Xenoph
fidem veræ histori
perii; quemadm
Plinius Trajanum
quales fuerunt, sec
Machiavellum co
dam in Italiâ, q
Voluntas lex, A
Consuetudo regu
les esse debuerint,
rosius de eo statu
liticos nomen, F
rum ad Annales
mentem suam ex

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [320] - 316
PUBLIC DOMAIN

mavêre. Eruditus & in Politicis non parum versatus Author, Orator non adeò ineptus, in de Opinione ita de eo dixit & scripsit: *Machiavellus vituperatur ab omnibus. Execrantur eum Monarchæ, quia vident artes suas esse detectas; execrantur eum Consiliarii, quia vident conscientias suas ab eo tangi. Execrantur eum subditi, & in hâc miseriarum luce excruciantur, stolidè credentes, mala sua ex cerebro Machiavelli nata. Sed non nova sunt Florentini illius præcepta. Ite in antiqua retrò secula, videbitis, eandem sæpè fabulam actam, sed ab aliis per-*
MACHIAVELLUM *legere soleo eo modo, quo legitur Grobianus. Quemadmodum Cyropædia Xenophontis non est conscripta ad fidem veræ historiæ, sed ad exemplar justi Imperii; quemadmodum Virgilius Æneam, Plinius Trajanum descripsisse videntur, non quales fuerunt, sed quales esse debuerunt; ita Machiavellum contrariâ viâ Principes quosdam in Italiâ, quorum Deus crumena fuit, Voluntas lex, Ambitio dux, temeritas ars, Consuetudo regula, descripsisse credo, non quales esse debuerint, sed quales fuerint.* Rigorosius de eo statuit magnum hodiè inter Politicos nomen, *Forstnerus*, in priori Notarum ad Annales Taciti continuatione ita mentem suam explicans: *Machiavellum*

ob

ob summum Ingenii acumen & exactam civilium rerum peritiã magni olim æstimavi. At postquam in homine Numinis irreverentiam, contemtum religionis, & cum summâ disciplinæ civilis peritiâ summam Sacrarum rerum ignorantiam, & profanam immortalitatis, quam christiani post depositas mortales exuvias speramus, incuriam, denique audacibus, præcipitibus, sceleratis, quæque alia regno conducunt, idem atque honestis consultis pretium animadverti, profectò non modo multum mihi de pristinâ hominis æstimatione decessit, sed & haud secus, ac cum homine à meo Genio moribusque alienissimo, cum sicario, cum insidiatore, cum venefico, cum ferâ denique & bestiâ, ingratâ quidem, sed conversatione necessaria utor. Non obscurè in his verbis observare licet Machiavello impactum *Atheismi* crimen, cujus eum alii etiam & apertius in publico fecerunt reum. *Conringius* quidem, qui Principem Machiavellicum suis Annotationibus non ita pridem edidit, varia de Anti-Machiavellis, nominatim *Possevino* monens, alibi non occurrẽtia, in de Civili Prudentiâ mox sub initium ex mente laudati à Naudæo Sciopii observat, *nusquam fortassis in Machiavelli Scriptis Atheismum legi commendatum;* sed addit notanter ex suâ mente, *satis adpa-*

rere,

rere, eum christianæ fidei haud fuisse, eo, quod par est, animo addictum. Multis contra eum in Atheismo triumphato egit *Campanella*, utut ipse de Atheismi crimine non parum suspectus, prolixè etiam defensorem ejus, nescio, an *Scioppium*, quia hactenus invisum, exagitans, illud in specie de toto opere suo Anti-atheistico dicens, quod posset *Anti-Machiavellismus* nuncupari. Clarè etiam de eo & remoto omni velo supra laudatus Musæi Extructor *Clemens:* Nicolaus Machiavellus, *Pseudo-Politicus*, Atheus, *quamvis sit visus voluisse videri christianus.* Addit: *De hoc homine nihil aliud habeo, quod adjiciam ad ea, quæ* Osorius, Catharinus, Molanus, Ribadeneyra, Lensæus, Possevinus *de eo scribunt, quam Machiavelli nomen non tam hominis, quam ipsiusmet Pseudo-politiæ, vel, ut sic loquar, impii Politicismi apud omnes bonos nomen esse.* Pertinet huc quoque Censura *Ambrosii Marliani Papiensis*, quam ex ejus Theatro, quod scripsit, Politico *Gaddius* in de Scriptoribus non Ecclesiasticis exhibet sequentibus verbis: *Scio esse hominem quendam perditissimum, omni vitiorum genere maculatum, qui Principem instituit sine fide, sine Pietate, sine Religione; quippè qui nihil tribuit religioni præter opinionem hominum, in quorum gratiam*

tiam vult Principem ſuum divini cultûs alia
quam rationem profiteri, adeò, ut iſte homo,
ſi tamen hominis nomen meretur impius A-
theus, *Principem ſuum doceat, ut ſtudeat po-*
tius cultor religionis & virtutum amator vi-
deri, quàm re verâ eſſe, ſi velit tutius potiri
regno. Quin vult ita animo eſſe compoſitum,
ut quò flaverint venti, & quò fortuna impel-
lit, eò ſe vertat, & cùm fuerit neceſſitas, ope-
retur malum, Leonem & vulpem agens vio-
lentiâ & fraude; quam impiam, peſtilentem
& pernitioſam inſtitutionem à cordibus Prin-
cipum averteret DEus, utpote à Fide, à Religi-
one, ab humanitate alieniſſimam. Num a-
lieno mancipatus præjudicio, adeòque mi-
nus æquus aut idoneus Judex ſcripſerit hæc
aſpera nimis verba & inſuper contumelio-
ſa, ut *Gaddius* quidem cenſet, ii videant, qui
Sacra hæc *Machiavelli* minimè ſacra pro-
pius attigerunt, ac ſincerè judicandi facul-
tate præditi ſunt. De cætero, ſicut Machia-
vellum multa habere ad *Atheiſmum* ducen-
tia nullum videtur eſſe dubium, ob com-
munem ferè eorum, qui aliquam ejus men-
tionem faciunt, conſenſum; ita à pluribus
aliis Scriptoribus Politicis non pauca hinc
indè inculcari, imò à plerisque Authoribus,
ut ita dicam, plurima fieri, ab *Atheiſmo* o-
riginem habentia, nemo fortè negabit, niſi
qui,

qui, quid in publicâ
penitus ignoret, in
rum pertinentibus
quid in publico ag
anæ adverſum, me
cio, à mea ſimplici
ris; non tamen, ut
nus vel tribus falte
deeſſe, qui ulcus ho
mines privatos ſta
licunque operâ &
quamvis impari,
plurimum, ſi ade
ter geſta accurati
numerum forſan
recentiores quid
deri volunt, ſcrip
minus agentes, q
brorum titulis pr
Author *Manuali*
ſeu Idolo Princip
primè monuit, *ni*
Statûs rationem
ptionem. Ita ant
dit notus quidam
Politicem genuina
ſatis ſplendido &
mittente, quem ta
que tractationem

qui, quid in publicâ omnibus luce agatur, penitus ignoret, inque Scriptis ad hoc Forum pertinentibus omninò sit hospes. Ut quid in publico agatur Religioni christianæ adversum, meo nunc subjiciam judicio, à mea simplicitate forsitan non requiris; non tamen, ut puto, prohibes, quo minus vel tribus saltem verbis indicem, non deesse, qui ulcus hoc tangere, etsi penes homines privatos staret, curare etiam suâ qualicunque operâ & studio sunt conati, ausu quam vis impari, partiali, & frustraneo utplurimum, si ad eventum & publicè noviter gesta accuratius respiciamus. In horum numerum forsan non immeritò referuntur recentiores quidam, ut præ se ferunt & videri volunt, Scriptores Politici, nihil tamen minus agentes, quam quod acturos se in librorum titulis promiserunt; nominatim Author *Manualis Politici de ratione Statûs* seu Idolo Principum de quo *Clasenius* id optimè monuit, *nihil in eo contineri, quod ad Statûs rationem faciat, præter solam inscriptionem.* Ita ante Annos non multos edidit notus quidam Scriptor *differentias inter Politicem genuinam & Diabolicam*, titulo satis splendido & multa de se rariora promittente, quem tamen tractationi, eidemque tractationem non ita benè, ut par erat, con-

de relig. Polit. cap. 10. p. 243.

convenire, curſoria etiam evolutio docet, utpote in quâ præter diſcurſum brevem *Stapletoni, quod horum temporum Politici in numero chriſtianorum non ſint habendi*, qui aliàs etiam ſeparatimque extat, ac indigeſtam quorundam de virtutibus & vitiis in genere, ex S. Scripturâ & Patribus teſtimoniorum molem, nihil eſt reperire, quod ullum ad libri titulum habeat reſpectum, niſi quod præcipuam ejus partem eſſe voluit Collector Scriptum quoddam à Hiſpanis ſub nomine *Reſponſi fundamentalis* Gallorum fœderibus Sueco-Anglicis oppoſitum, quo inter alia rationibus, ut gloriantur, invictis demonſtratur, *Gallorum fœdera cum Acatholicis politicè iniqua eſſe*, in ſpecie verò illud urgetur, quod modernus Galliæ Rex ante hoc undecennium ſibi adſociaverit Angliæ tum Protectorem, *Cronvvellium*, utpotè hæreticum ſeu *Atheum*, Regicidam, &c. de quibus nunc non eſt dicendi locus, properanti videlicet ad Forum, quod adhuc eſt ſuper, Scholaſticum, in quo exulare *Atheiſmum* optandum eſſet quidem, ſed neſcio, an ſpetandum ſit, ob ea, quæ à te diligenter circa naturalium cauſarum indagationem & novæ Methodi *Carteſianæ* introductionem obſervata fuerunt, quibus alia quoque addi poſſent, quæ rem non ſine cauſâ

să dubiam faciunt & suspectam, si hic tam liberè liceret Sententiam dicere, ac in antecedentibus est factum. Addam nihilominus pauca, quamvis iterum non meis, sed pro more hactenus observato aliorum verbis, quorum Authoritas inter eruditos æstimatur. Monuisti antea, *Aristoteli* â Tychone Brahe impositum fuisse *Atheismum* teste Claramontio. At in plerisque Scholis & Gymnasiis, quin & ipsis Universitatibus Academicis primum ferè in Facultate Philosophicâ obtinet locum *Aristoteles*, quem de jure nõ obtineret, aut obtinere nullo deberet modo, si hujus detestandi criminis esset reus. Non hic prolixè allegabo, quæ *Gassendus* in exercitationibus adversus Aristotelicos paradoxis contra eum ejusque Sectatores non ita paradoxè monuit, in specie, *quod hi ex germanâ Philosophiâ fecerint Sophisticen, & quod immeritò philosophandi libertatem sibi ipsis ademerint*, præterea, *quod nullæ sint rationes, quibus Secta* Aristotelis *videri possit præferenda, & quod maxima sit incertitudo librorum doctrinæq; Aristotelicæ*, insuper, *quod apud eum innumera deficiant, superfluant, fallant & contradicant*; quibus si cætera quoque accessissent, quæ in sequentibus libris, sexto inprimis contra Metaphysicam *Aristotelis*, tractatu-

rum se promisit, non pauca sine dubio ad probandum ejus *Atheismum* exhibuisset, cujus tamen vicem, ut spero, suplebit illud *Theologiæ Gentilis Examen*, à Philosopho quodam Argentoratensi susceptum, quod nuper modò prodiisse, ex ultimo Nundinarum Francofurtensium Indice constat. Neque huc exscribam, quæ Sorbonista *Launoyus* de *variâ Aristotelis fortunâ* in universitate Parisiensi uberrimè post multa Patrũ Ecclesiasticorum testimonia ex documentis publico-privatis congessit, varia contra eum Lectori curioso sistens, ex quibus satis constare potest superque, *Aristotelem* non semel nec unis Ecclesiæ Doctoribus de *Atheismi* crimine suspectum fuisse, visumque adeò indignum, cujus doctrina juventuti teneræ in publicis Cymnasiis & Universitatibus non sine periculo seductionis proponeretur. Eminet inter cætera cum numero ibi extantia *Postelli* de Aristotelis Philosophiâ Judicium, qui in Epistolâ dedicatoriâ, libro *Justini Martyris*, qui Eversio Aristotelicorum dogmatum inscribitur, in Latinam à se conversо Linguam, præmisâ sic de Aristotele legitur censuisse: *Suscepi in falsa Aristotelis dogmata bellum, Justini Martyris & Philosophi præstantissimi fretus armis, & Fidei cum Martyre consimilis loricâ*

loricâ tectus, eò, quod ut olim omnia ferè hæreseωv semina ex uno Aristotele emersêre, ita hodiè Atheorum cohors indè manat, &c. Ipsum quidem *Postellum* à non planè nullis in *Atheorum* censum esse relatum, supra dictum est, sed ut eum numero hæreticorum etiam eximat, multùm ibi laboravit *Launoyus*, Catholico-Romanæ cõmunionis participẽ obiisse testatus. Illud quammaximè attendendũ venit, quod *Cãpanella* Atheismo potius triũphanti quã triumphato in alterâ editione *Parisiis* curatâ alium subjunxit Tractatum *de Gentilismo non retinendo*, in quo præprimis contra philosophiam Aristotelis omni conatu egit, necessarium statuens, *& necessitate quidem præcepti ac salutis*, evertere in aliquibus Aristotelismum, inter alias ob sequentes etiam propositiones, dum constanter docuisse legitur, *Deum non esse creatorem mundi, sed Mundum esse æternum ante & post*; item, *Deum non providere rebus inferioribus, esseque agens non liberum, sed necessarium*; porrò, *Religionem esse artem regnandi & retinendi populos in officio & obedientiâ, inferos & superos esse fabulas Legislatorum, post mortem nec præmium nec pœnas nec sensum homini remanere, sed felicitatem & infelicitatem cum morte finiri*, & quæ sunt alia primis christianæ Fi-

dei Principiis contraria, quæ non ita indirectè ad ipsum ducere videntur *Atheismum*, id quod dictus Campanella mox sub initium sui contra Atheismum operis sequentibus verbis testatum fecit: *Cùm examinarem Aristotelis Philosophiam hodierno tempore apud multos regnantem, inveni eam non unâ ex parte sophisticam, Potentiæ, Sapientiæ & Bonitati divinæ adversantem, & quod res, quas ignorat, scire simulat, sicut Cœli motus & motores, Animam, DEum, Mundi æternitatem & similia; rerum verò, quas scit, notitiam exuit, quippè, qui non modo calorem Solis, sed & Lucem abnegat*, &c. In margine hæc leguntur: *Dejectio Authoritatis Aristotelicæ, quatenus in eo fundatur Machiavellismus.* Similiter etiam Melchior Canus in de Locis Theologicis consulit, *Aristotelis authoritatem minui oportere, ne errores ejus, quos plures enumerat contra Fidem Catholicam, authoritas ejus firmet in animis legentium*; narratque, *ex doctrinâ ejus ortum esse in Italiâ Machiavellismum, contra DEI providentiam & contra animorum immortalitatem & religionis veracitatem.* Quia autem inter cætera Aristotelis dogmata, quæ communiter erronea, & contra fidem christianam, adeòque Atheismo proxima censentur, mundi æternitas ab omnibus refertur,

Conf. Launoy. L. cit.

tur, ac Campanella expressè insuper Aristoteli imponit, quod Deum non esse Mundi creatorem statuerit, placet huc referre, quid subtilissimus non ita pridem Philosophorum *Slevogtius* eâ de re post alios judicârit, ita scribens: *Quamvis Aristoteles Mundum esse ab æterno putaret, ejusmodi hypothesi deceptus, quam christiani hodiè omnes novimus esse falsam, quod nempe DEus agat necessitate naturæ, nihilo-minus eum à DEO creatum non negat*, id quod claris & perspicuis ex eo testimoniis probatum dedit. Et iterum: *Licet hallucinatus sit Philosophus, Mundi æternitatem statuens, quod in ipso hodie improbant omnes, qui ex S. Scripturâ cognitum habent, Mundum non ab æterno, sed in tempore demùm à DEO fuisse creatum; ex eo tamen non sequitur, quod erraverit etiam ignoratione creationis. Antecedens quidem scire non potuit, quod Mundum in tempore factum esse sit Articulus Fidei, ad quem cognoscendum ratio humana naturæ solo lumine erigi nequit; consequens autem ignorare non potuit, scivit enim, in serie causarum tandem esse deveniendum ad unam primam, quæ sic à nullâ sit, ut, ab ipsâ tamen sint omnia alia.* Egit de hâc Aristotelis Sententiâ noviter etiam *Pandulphus* in de Fine Mundi Disputationibus, inter quas unam in specie

Disp. Acad. pag. 221.

Ibid p. 343.

Diſp. III. cap. 3. p. 118.

huic rei conſecravit, mentem Ariſtotelis de DEI Providentiâ etiam contra quosdam Doctores vindicans, utpotè adſerentis, *moveri omnia ab inexiſtente nobis Numine*, hoc eſt, à Mente, non ſecus ac cuncta in univerſitate moveantur à DEO atque regantur; item, *ex DEO Cœlum & naturam pendere*, quæ dependentia Providentiam DEI ejusdemque regimen includat; porrò, *naturam agere propter finem*, quod pronuntiatum magnam habeat vim ad Providentiam Dei inducendam, quæ & cætera huc pertinentia ſine dubio uberius in laudato *Theologiæ Gentilis Examine* expoſita ſunt, è quo itidem conſtabit, jure an injuriâ Ariſtoteles numero atheorũ includatur, & num è re ſit publicâ bonoque juventutis ad ſeriam Pietatem educandæ, ut ad Ariſtotelem tanquam omnis Philoſophicæ Eruditionis ducem ante omnes alios ducatur. Ad *Carteſium*, hodiè Philoſophorum juxta non planè nullorum Elogia principem te iterum comite venio, quem cum Theologo Tubingenſium celeberrimo, qui methodum ejus in citatis à te de *Lumine naturali* diſputationibus accuratiſſimè examinavit, inter atheos indubitanter quidam referunt. Benè, an ſecus? non jam diſputo, qui hactenus ut plurimũ ſententias aliorum referre contentus à cenſurâ

ſurâ libenter abſtinui. Qu
eſt, dicere licet, poſtquar
hoc duodecennium à Pra
viro ex Batavis adlata mi
ta fuerunt, eaque ob reſi
Stadio, in quo antehac pe
fatigatum me ſenſi, calor
officii labores publicos li
mus & ſingulari cum ſtud
cem perlegi, ſi quid judica
aliquibus exceptis, quor
ut vixiſſet, rationem fo
potius eum, quam vitupe
xiſtimavi, & multis qui
impugnatus fuit, ſed nun
ſuæ, omnibus ex aſſe faci
contradicere & ſcribere
xi, vitæ ſuæ annos plures
dubitandum, quin om
mus exactiora, ac pauc
do à nobis deſiderari po
qui ejusdem mecum ſi
non ignoras, cui per c
unis Literarum cultori
ra quam aliis multis ſur
rato. Hic illud tantũ e
Theologorum hodiè A
eo habet, dum *Voetium*
re monet, addens, *pro*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [332] - 328
PUBLIC DOMAIN

surâ libenter abstinui. Quamvis si, quod res est, dicere licet, postquam ejus opera ante hoc duodecennium à Prænobili quodam viro ex Batavis adlata mihique dono oblata fuerunt, eaque ob residuum aliquem ex Stadio, in quo antehac per aliquod tempus fatigatum me sensi, calorem, quantum per officii labores publicos licuit, diligentissimus & singulari cum studio à capite ad calcem perlegi, si quid judicare possum, paucis aliquibus exceptis, quorum tamen, si diutius vixisset, rationem fortè dedisset, laude potius eum, quam vituperio dignum esse existimavi, & multis quidem dum viveret, impugnatus fuit, sed nunquam causæ defuit suæ, omnibus ex asse faciens satis, quibus ei contradicere & scribere placuit; & si, ut dixi, vitæ suæ annos plures habuisset, non est dubitandum, quin omnia hodiè haberemus exactiora, ac pauciora in ejus methodo à nobis desiderari possent. Non deesse, qui ejusdem mecum sint sententiæ, tu fortè non ignoras, cui per comercium cum non unis Literarum cultoribus Epistolicum plura quam aliis multis sunt aperta & in numerato. Hic illud tantū exhibere juvat, quod Theologorum hodiè Alpha, D. *Calovius* de eo habet, dum *Voetium* atheis eum accensere monet, addens, *protestari de iniquitate*

System. Theol. Tom. II. pag. 113.

hujus accusationis Cartesiũ, illudque solùm dicere, *difficile esse, Atheos solidè refutare, ac Dei existentiam probare.* Nihil contra excepit sumus Vir, non omissurus, nisi iniquitatẽ accusationis Voetianæ ultrò agnovisset. E Scholis Reformatorum etsi multos habuerit adq; huc habeat adversarios, habuit tamen quoq; habetq; adhuc fautores & Promachos, & ex Theologorũ inprimis ordine *Claubergium*, variis pro *Cartesio* Scriptis celebrem, cui nunc addo *Maresiũ*, perpetuũ Voetii Antimachum, illud de *Cartesio* mul-

in Fascic. Myrrhæ. pag. 67.

tâ cum observatione scribentem: *Rarũ illud & excellens Ingenium omni favore potius excitari debuisset ad Philosophica studia excolẽda & ex spinis Jesuiticis extricanda, ad quod factũ erat, quàm premi invidiâ, odio & calumniis atrocissimis,* &c. Inter Theologos partis Romanæ, cui Cartesius fuit addictus, *Caramuel* in operũ suorũ Catalogo, parti secũdæ Theologiæ Fundamentalis Editionis Francofurtanæ subnexo, ita de eo scribit: *Cartesius Hollandis & Anglis placet, parco Naturæ genio studet, localem Philosophiam Scriptis subtilissimis dilucidavit; habet Discipulos doctos & editis voluminibus claros, & ut video, pauculis opinionibus decircinatis & sublatis cæteræ irrepunt, & erunt aliquando communes.* Et in Theologiâ

logiâ Intentionali, ubi de opinione *Lactantii* agit, adserentis juxta quorundam mentem, *Deum habuisse* esse *à semetipso participando suam existentiam sive quod idem est, Deum produxisse seipsum*, hæc monet, Cartesium *benignè legendum, & interpretandum esse*, addens, *eum habuisse Ingenium felicissimum, & sæpè tamen dixisse*, Deum esse à se positivè. *Exclamârunt nonnulli*, inquit, *sed ipse suam mentem exposuit*, dicens, *se his verbis non intelligere* esse à seipso *positivè productum; sed totam suam entitatem positivam* (Essentiam, Attributa, Relationes) *esse à se*, hoc est, *non habere causam efficientem*. Addit porrò in ejus laudem: *Proficiebat hic, non legendo, sed meditando, & ideò verba non semper eo sensu accipit, quo Schola solet. Utinam Vir magnus voluisset aut in aliquâ celebri Universitate habitare, aut unum Cursum Philosophicum legere, melius Meditationes suas promovere potuisset. At nihilominus multum meditando profecit, & suas edendo Meditationes multum præfuit. Hæc notare volui*, inquit Caramuel, *ad optimi mei Amici laudem, cujus Epistolis honoratus, ut à cunctis etiamnum mortuus ametur & laudetur desidero.* Addo illustre

lib. I. cap. 4. Disp. 2. num. 101.

ſtre illud Elogium, quod à Regis Galliorũ Legato eidem Holmiæ mortuo Epitaphii loco erectum idem Nobilis Amicus olim ſuppeditavit, ex cujus liberalitate operum *Carteſii* poſſeſſorem me dixi, quodque *Lipſtorpius* Specimini ſuo Philoſophiæ *Carteſianæ* inſertum voluit.

MONUMENTUM
HOLMIÆ POSITUM

RENATO des CARTES,
NOBILI GALLO,

Qui conſultâ, & ſic tandem penitus inſpectâ ac excuſsâ ipsâ rerum naturâ, primus abdita ejus ignorata hactenus, novo ac imitando omnibus exemplo, recluſit, & ad veram Sapientiam viam fecit.

Ab Illuſtriſſimo Viro

PETRO CHANUTO,
Chriſtianiſſimi Regis ad Chriſtinam, Celſiſſimam Eruditiſſimamq; Suedorum Reginam Legato.

Poſteri virtutem imitantor.

SENECA:
Non eundum eſt, quo itur, ſed quo eundum eſt.

Ante-

Anterior facies Monumenti, num. 1.

D. O. M.
Regnante CHRISTINA,
GUSTAVI Primi pronepte,
Magni Filiâ,
Avorum incepta Parriæque terminos
Victoriis novis promovente,
Pacem demùm armis quæsitam
Artibus ornante,
Accitis undique terrarum
Sapientiæ Magistris,
Ipsâ in exemplum futurâ,

RENATUS des CARTES,
Ex Eremo Philosophicâ
In Lucem & Ornamentum Aulæ vocatus,
Post quartum Mensem morbo interiit,
Et sub hoc Lapide
Mortalilatem reliquit.
Anno CHRIST. cIↃIↃcL. Vitæ suæ LVV.

Sini-

Sinistra facies, num. 2.

RENATUS des CARTES, Perronii Dominus, &c.
Ex antiquâ & nobili inter Pictones & Armoricos gente,
In Galliâ natus,
Acceptâ quantâcumque in Scholis tradebatur Eruditione,
Expectatione suâ votisque minore,
Ad militiam per Germaniam & Pannoniam adolescens profectus,
Et in otiis hybernis Naturæ Mysteria componens cum Legibus Mathes$\epsilon\omega\varsigma$,
Utriusque arcana eâdem clavi reserari posse.
Ausus est sperare,
Et omissis fortuitorum studiis in Villulâ solitarius,
Propè Egmundam in Hollandiâ,
Assiduâ viginti quinque annorum meditatione, auso potitus est.
Hinc Orbe toto Celeberrimus,
A Rege suo conditionibus honorificis evocatus,
Redierat ad contemplationis delitias;
Undè avulsus admiratione Maximæ Reginæ,
Quæ, quicquid ubique excelluit, suum fecit,
Gratissimus advenit, seriò est audit^{9}, & defler^{9} obiit.

Dextra

DE ATH

Dextra facies, num. 3.

Noverint
Qualis vixerit RENA
Ut cujus Doctrinâ olim s
Post instauratam à fund
Apertam ad penetralia
Novam, Cer
Hocunum re
Major in eo mode
Quæ vera scivit, v
Falsa non contentionib
Nullius antiquorum ob
um
Invidorũ criminatione
Injuriarum negli
Quod Summ
Ita per Creaturarum
natus, ut opportunu
In aviâ Rel
I nunc, V
Quanta fuerit Christia
res isti

Dextra facies, num. 3.

Noverint posteri

Qualis vixerit RENATUS des CARTES:
Ut cujus Doctrinâ olim suspiciêt, mores imitentur.
Post instauratam à fundamentis Philosophiam,
Apertam ad penetralia Naturæ mortalibus Viam.

Novam, Certam, Solidam,

Hoc unum reliquit incertum,
Major in eo modestia esset, an Scientia?
Quæ vera scivit, verecundè affirmavit;
Falsa non contentionibus, sed Verô admoto refutavit.
Nullius antiquorum obtrectator, nemini viventium gravis;
Invidorũ criminationes purgavit iñocentiâ morũ,
Injuriarum negligens, Amicitiæ tenax.

Quod Summum tandem est,

Ita per Creaturarum gradus ad Creatorem est conatus, ut opportunus Christo Gratiæ auctori,
In avitâ Religione quiesceret.
I nunc, Viator, & cogita,
Quanta fuerit Christiana, & qualis Aula, cui mores isti placuerunt.

Poste-

Posterior facies Monumenti, num. 4.

Christianissimi Regis LUDOVICI XIV.

LUDOVICI Justi Filii,

HENRICI Magni Nepotis,
ANNA Austriacâ,

Optimâ, Prudentissimâ, Fortissimâ Reginâ,
Annos & Regnum Filii Regente,

Legatus Ordinarius, PETRUS CHANUT,

Hoc Monumentum

Ad Gloriam DEI, Bonorũ omnium Datoris,
Gallici Nominis Honorem,
Perpetuam Memoriam Amici Charissimi,

RENATI des CARTES,

Poni curavit,

Anno Septimo ab excessu LUDOVICI Justi.

Mani-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [340] - 336
PUBLIC DOMAIN

Manibus

VIRI MAXIMI

RENATI des CARTES.

Venerat ad placidam Gallus Carteſius Arcton,
Otia & armato fugientes orbe Camœnas
dum ſequitur, famamq; magis ſtudiumq; vocantis
Chriſtianæ; quæ, dum Bellis longinqua fatigat,
Una ſibi conſtans, rectoque immota quieſcit.
Hic animo ingentem rerum non impare molem
verſans, atque Operis ſubtilia fila retexens,
viderat, attonitoque audax vulgaverat Orbi,
quid Cœlum, quidve Aſtra forent, quid Terra, quid Æther,
alternique vices Ponti, Magnetis amores,
undè novos ſemper divina hæc machina vultus
induit, & totâ occultâ verſatilis arte
ex animis, non ſponte ſuâ, ſed lege movetur.
Hinc triplices etiam vitas, ſpirantia motu
corpora tentabat, quo ſe contraria jungunt
fœdere, vitalique cient Elementa calore.
Undè illis variis ſenſus, & certus agendi
impetus, undè timent, cupiunt, gaudentq;, dolentq;.
Nec tenebris ſeſe ulla ſuis jam cauſa tegebat;
Tum primùm velis patuit Natura reductis,
pulchra quidem; ſed ſe nudam indignata videri
erubuit, Tyrio ſic non impunè Diana
objecta eſt, operumque timens arcana ſuorum
exponi cunctorum Oculis afflavit acutâ

febre virum, & lecho vocem compressit acerbo.
Hunc discors Bello, concors Europa dolore
flevit, & ipsa suos inter laudata triumphos,
præter devictos longo certamine Reges,
hoc habuit, quo se fortem Regina probaret.

Illustrissimo Viro Petro Chanuto, ut Sanguine, ita & affectu in Magnum Cartesium Conjunctissimus

Porlier.

Epitaphium.

Qui sibi demeruit totum CARTESIUS orbem,
extremum Fati transigit ille diem.
Avia cui Veterum visa est Sapientia, veram
prætulit antiquæ, præposuitque novam.
Sunt imitatores servum pecus. Hunc venerare;
Naturam agnoscès hoc præeunte ducem.

RENATU des CARTES,

Nobili Gallo, Perronii Domino,

CUi quantum sit quod nescimus nõ ignoranti, & maximam partem eorum quæ scimus, minimam eorum esse quæ ignoramus, & nescire plerosque ea, quæ tamen jactant se scire ac præsumunt, adeòque doceri ferè ac tradi, quæ dediscere sit necesse, de receptis hactenus Philosophorum Sententiis dubitare, bonum factum visum est, ut dubitando sibi ad Sapientiam aliisque Regiam viam saceret; Qui

Qui æquævam naturæ rerum Philosophiam, & sic Veram ac antiquam reddidit, eandemque post fœdissimam tot Seculorum servitutem in libertatem tandem asseruit, & quasi manumisit; Cui universam rerum naturam animo magno ac ausu, & sine ullo Duce circumeunti, intimosque ejus recessus seriò ac diligenter inspicienti, neque antiqua placuerunt quia antiqua, neque displicuerunt nova quia nova, cũ quæ nunc antiqua sunt aliquãdo fuisse nova & quæ nũc nova sũt aliquãdo futura antiqua, non ignoraret, sed quia falsa aut vera deprehenderabantur, nova condita est ac vera philosophandi ratio, & idcircò duratura, ac antiqua aliquando futura; hoc Monumentum posuit, & cum eo, quod Marmoreum ei Illustrissimus Christianissimi Regis ad Christinam, Celsissimam Eruditissimamque Suedorum Reginam Legatus Petrus Chanutus ponendum curavit L. M. E. conjunxit.

M. Z. Boxhornius.

Sola forma mentis æterna est,

Illud nunc addo, de quo Eruditorum in Galliâ Ephemerides me nuper informarunt, edidisse non ita pridem Medicum quendam *de Animâ Hominis* Tractatum in cujus præfatione monstraturum se promiserit Author, *Cartesii doctrinam non esse novam,* *Tom. II. pag. 206.*

vam, nec quidquam docuisse illum, quod jam anticipatum non fuerit à pluribus antiquis Authoribus, & inter alios quoque à S. Augustino. Si quid verò in Philosophiâ *Carte*sii & sequacium videtur jure culpari posse, id me quidem judice est, de quo laudatus, modò D. *Calovius* legitur gravissimè conquestus: *Non desunt, qui revelationes de rebus philosophicis factas, utpote cùm in S. literis occurrunt physicalia & alia id genus Philosophica, parum certas judicent, nec ex iis apodictica peti posse argumenta admittunt, sed topica tantum & probabilia, eò quod divinæ revelationes per se non intendant rerum naturalium cognitionem, sed nostram ad Salutem informationem. Verùm hi non obscurè derogant divinæ Veritati, Scepticamque & pyrrhonicam vel Academicam introducunt Theologiam, imò omnia denique revelata pyrrhonicæ obnoxia reddunt dubitationi. Nisi enim DEO revelanti quà tali credam, sed solùm qua Mysteria revelat, ne in his quidem tutò fidem adhibere licebit, sed omnis divinæ revelationis periclitabitur certitudo.* Animus erat, adhuc aliqua addere de iis Philosophorum Sectis, quos ob Atheismum à *Cornelio Lapidensi* accusatos monuisti. nominatim de Philosophiâ Stoicorum à *Lipsio* antehàc tanto opere & studio commendatâ;

System. Theol. Tom. I. pag. 280. conf. pag. 606.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [344] - 340
PUBLIC DOMAIN

datâ; item de Philosophiâ Epicuri per *Gassendum* re introduci cœptâ, & à *Naudæo* pluribus ad eum literis splendidè decantatâ, illud inter alia observante, Philosophum quendam Italum, *Marcum Antonium Bonciarium*, in operum suorum Catalogo antehàc edito testatum, se composuisse librum cum hoc titulo: *Epicurus, sive Dialogus de antiquâ Philosophiâ, in quo efficacibus argumentis & doctorum Virorum testimoniis probatur neminem de priscis Philosophis propius ad Veritatem accessisse quam Epicurum*, &c. de Philosoph â item *Democriti*, quam ante Annos non ita multos redivivam orbi Eruditorum sitit *Johannes Chrysostomus Magnenus*; de aliis itidem antiquorum Sectis, hodiè, ne quid novi sub Sole sit, ex orco in orbem redeuntibus. Sed ne hoc & plura alia, quæ sub initium hujus Epistolicæ Dissertationis proposuerã, nunc porrò agam, angustiâ non tam paginæ, quam temporis ad alia destinati excludor, & cùm præter intentionem de Epistolâ primùm cogitans non parvum mole Volumen videam, abrumpere filum Scriptionis jam cogor, tibi lampades tradens, cætera in eâ, quam de *Atheorum Conversione* promittis, Dissertatione prolixius forsitan excussuro, cui id fatũ precor, quod illustre quondam

in Epist. pag. 229.

Augustini Steuchi de perenni Philosophiâ opus esse expertum, *Josephus Scaliger* in quâdam Epistolâ ad *Janum Donsam* testatur, videlicet *Philosophum & Jurisconsultum quendam celebrem, Atheismi morbo laborantem & S. Bibliorum lectionem omninò renuentem* à Patre Julio Cæsare Scaligero *monitum, ejus libri lectione tantum profecisse, ut totum se protinus ad Theologiæ studium converteret, & post nemo acrius aut veram Pietatem defenderet aut Atheismum oppugnaret.* Quo Voto finio, & te in Ecclesiæ & rei literariæ bonum in plures annos salvere & valere jubeo.

Tuæ Clarit. omni studio addictus,

Dab. è Musèo
M. Majo MDCLXVIII.

ANTONIUS REISERUS Augustanus.

ADDENDA

ADDENDA
Ad
CARAMUELIS ATHEISMUM.

EI à *Sinnichio*, Professore *Lovaniensi* impactum pertinet, quod ante triennium modò *Franciscus Bonæ Spei*, ordinis Carmelitorum, Professor itidem *Lovaniensis*, in Apologemate retorto, *de ignorantia invincibili & opinionum Probabilitate*, contra eundem, cum Facultate Generalis, Adprobatione Provincialis & aliorum hujus ordinis Theologorum, Censoris itidem ordinarii, *Romæ*, *Bruxellis*, *Mechliniæ*, *Lovanii*, *Antverpiæ*, subscribentium, notanter monuit. Cùm enim dictus Probabilitatum olim in antiquiori Ecclesiâ inauditarum hyperaspistes in proscripto per Indicis congregationem Apologemate scripsit,

psit, *posse hominem ante usum rationis à Barbaris captum & Atheismum positivè doctum, etiam ubi ad usum rationis pervenit, ad tempus saltem, invincibiliter nescire DEum, Theologos nobiliores adfirmare,* quorum numero se etiam dubio sine insertum voluit, hocque ipso majorem eò probabilitatem huic sententiæ attribuit; etsi concedat adversarius retortor, *in homine rudis & hebetis valdè ingenii, sibique relicto dari posse, saltem ad breve tempus inculpabilem* (puta, culpâ for. mali novâ, ab aliâ perseverante, in quâ fuerit actu & sit habitualiter voluntaria, condistinctam) *ignorantiam unius DEI existentis negativam, quâ scili, cet meram cognitionis DEI privationem habeat, per puram de DEO existente incogitantiam & inadvertentiam, distractionibus ad alia impedientibus, ne ulla species de DEO existente excitetur,* de cujus resolutionis veritate vel falsitate dicendi locus jam non est, hanc tamen resolutionem multâ cum obser-

Dub. II. pag. 15.

observatione præmisit, statuens, *in nullo homine, quantumvis ingenii rudis & hebetis, si ratione utatur, dari posse inculpabilem unius DEI existentis ignorantiam positivam, quâ scilicet, excitatis de DEI existentiâ speciebus, positivè inculpabiliter dicat*, non est DEus, *sive*, DEus non existit, *etsi sit pravâ Athei instructione præventus*, quâ resolutione Sententiam, quam *Caramuel* nobilioribus Theologis, & inter eos fortè sibi etiam adscripsit, non obscurè de *Atheismi* labe suspectam facit, ut alia taceam, quæ in hoc Apologemate retorto contra Caramuelem urgentur.

In descriptione *Atheismi*, ni fallor, *Politici*,

Mentio facta est alicujus nuperi *de Ratione Statûs* Authoris, in Syncretisantis hodiè universi ferè orbis malè-christiani gratiam multa de reconciliatione Dogmatum tam inter Evange-

licos & Papiſtas, quam Reformatos quam-maximè controverſorum proponentis, quæ ſi rigoroſo ad orthodoxæ Veritatis Lancem examini ſubjiciantur, vix ac ne vix quidem abſque inſigni Doctrinæ ſincerioris præjudicio tolerari poſſe, nullus dubito, quin plures una mecum ſint agnituri, quibus Pacis amor nimius mentem animumque nondum planè occupavit. Proteſtatus eſt quidem non ita pridem publicè, monitus ſine dubio ab iis (quorum intereſt, ne hæc & talia puritati hactenus per DEI gratiam ad Antiquitatis piæ exemplum omni ſtudio cuſtoditæ damnum aliquod in poſteros, ſi qui erunt, redundaturum inferant & latenter animis ſimplicium inſinuentur) *id ſibi, utpote inter Proteſtantes Evangelicos invariatæ Confeſſioni Auguſtanæ addictos nato, educato, & usque ad ultimum Vitæ terminum in illâ religione ſalvificâ conſtanter DEI gratiâ perſeveraturo, nunquam in mentem veniſſe*; quamvis id

inſici-

inficiari nequeat, *se non solùm cũ multis Principibus magnis, sed cum veris etiam omnibus christianis, piam & sanctam Religionum Unionem pectore toto exoptare, sicut etiam Salvator noster ultimo agoni suo proximus ardentissimè Patrem suum orans dixerit:* Pater Sancte, serva eos per Nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. *Addit:* Quod si verò illa Unio, Concordia sive conciliatio cum ignominiâ Sanctissimi nominis DEI & cum detrimento revelatæ veritatis iniri deberet, nemo me, quæso, tam impium existimet, ut adprobaturus sim. Quæcunque enim scripsi, ea rogavi accipienda esse citra cujusvis ex illis religionibus in se spectatis præjudicium, & eatenus, quatenus liceret salvis fidei principiis fundamentalibus, &c.

Ita retractare voluit Author, quæ improvido & calido nimiùm exciderant calamo, vel, ut ex sequentibus patet verbis, præoccupare aliorum calamos, effrenem in conciliandis pessimè fundamentalibus controversiis licen-

tiam ex debito caſtigaturos, quod ab ejusdem ordinis Scriptore aliquo jam factum eſſe, ex literis celeberrimi cujusdam Viri non abſque ſingulari lætitiâ nuper didici. An verò hâc proteſtatione ſuâ omnibus, quibus talia cenſendi facultas eſt, ſatis ſit facturus, omniumq; calamos impediturus, quibus ex Statûs & officii ratione incumbit, ne quid res DEI & Eccleſiæ publica per tales inconſultos Pacifices detrimenti capiat, omni curâ providere, dies cum DEO docebit.

Ea præter


Et occaſione hujus neſcio, an in honorem ordini Politico debitum, id quod propoſui, inſernerem Elogium celebri Jurisconſulto, *Johanni Thomæ*, Conſiliario Altenburgico & hodiè ad Imperii Comitia Legato illuſtri adſcribendum, qui ut Politicum hominē eſſe etiam poſſe, imò debere chriſtianum, quin & Theologum, procul-que ab *Atheorum* Sacra negligentium ſocietate remotū & alienum, doceret, inſigni ſpecimine oſtēdit, ſubjectâ an-

te bieñium examini Confessione *Masenianâ* primæ parti *meditatæ* per aliquot annos *Concordiæ* insertâ, inq; vicem & locum ejus tanquã sincerè minus consutæ substitutâ *Fidei Evangelicæ Cõfessione orthodoxâ*, quo labore pio maximã apud quosvis Aletheæ S. studiosos iniviſſe existimandus est gratiã.

Porrò,

Perstrinxi, quantum meminisse adhuc possum, Authorem *Religionis Medici*, provocans ad Vindicias meas *Anti-Thomisticas*, ubi prolixior ejus facta est mentio. Ea inter incidi in recentem quendam Tractatum *de Usu Campanarum*, ante tres Annos editũ, in quo Author, nescio, cujus ductu & instinctu, *hunc librum*, vovet, *ut omnium in manibus esse concederent, à quorum voluntate & potestate tota hæc res dependet*, quod mirum à Censoribus sine debitâ correctione prætermissum esse. part. 1. cap. 26. pag. 125.


FINIS.




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [354] - -

PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [355] - -
PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [356] - -

PUBLIC DOMAIN


GWLB Hannover 35
036 828 076
I 688
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [357] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [358] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 72, Stück 2;Leibn. Marg. 72, [359] - -